" ΚΡΙΘΗ, ἡ, Hordeum. Et de planta dicitur et de " grano ejus. De planta cum grano, ut cum Athen. " 14. scribit ἀμάλας dicta fuisse τὰ δράγματα τῶν " κριθῶν αὐτὰ καθ' αὑτά. Sæpius de grano solo: ut " cum Plut. in Probl. Græc. dicit plerosque omnes " Græcos πρὸς τὰς θυσίας olim usos fuisse ταῖς κριθαῖς " ἀπαρχομένων τῶν πολιτῶν: quas peculiariter et " οὐλοχύτας appellabant. Sic Athen. 1. Τοὺς διὰ " πενίαν ἀποροῦντας οἴνου, τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γενό- " μενον πίνειν: et 10. Pæonas πίνειν βρύτον ἀπὸ τῶν " κριθῶν, et Ægyptios τὰς κριθὰς εἰς τὸ πόμα κατα- D " λεύειν s. εἰς ποτὸν καταλεαίνειν. Homerus τὴν κρι- " θὴν VOCAT Κρῖ neutro genere, ut Od. Δ. (604.) " Πυροί τε ζειαί τ' ἠδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν. Et (41.) " Πὰρ δ' ἔβαλον ζειὰς, ἀνὰ δὲ κρῖ λευκὸν ἔμιξαν. Et " Il. Θ. (560.) de equis, κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ " ὀλύρας. Vel potius ἀποκέκοπται hoc κρῖ e κρίμνον, " ut infra dicetur. || Κριθὴ, Hordeum, vel Hordeo- " lum: est tuberculum parvum, oblongum, palpe- " bræ cilio qua pili sunt, adnascens. Externum est " et foris prominet: atque in eo, sicut Cels. ait, " tunica quiddam quod difficulter maturescit, com- " prehensum est. E quo patet, plurimum pituitæ " in eo contineri, vel simplicis ustæque, vel cum alio " humore mistæ. Sic dicitur ab hordei similitudine. " Græci alio nomine ποσθίαν appellant, ut scribit " Gal. extremo l. 4. τῶν κατὰ Τόπους. Gorr. || Κριθὴ " dicitur etiam τὸ τῶν ἀνδρῶν αἰδοῖον, ut μύρτον τὸ " τῶν γυναικῶν. Quo allusit Aristoph. Εἰρ. (965.) " ubi famulo dicenti, τούτων ὅσοι περ εἰσὶ τῶν θεω- " μένων Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις οὐ κριθὴν ἔχει, subjicit " Trygæus, Οὐχ αἱ γυναῖκες ἔλαβον; et respondet " famulus, ἀλλ' ἐς ἑσπέραν Δώσουσιν αὐταῖς ἄνδρες: " Non hordea s. hordei grana intelligens, sed glan- " dem penis, a similitudine." [" Κριθαὶ, ad Mœr. 18. Κρ. πεφρυγμέναι, 213. Pierson. Præf. p. 32. Πόμα ἐκ κριθῶν, ad Herod. 139. ad Diod. S. 1, 24." Schæf. Mss. Hippocr. 395. Aret. 8. Passow. ad Longum p. lxxvii.] " Κριθολόγος, ὁ, Qui hordeum colligit, " Hordeilegus. Plut. initio Quæst. Græc. κριθολόγον " ap. Opuntios dictum fuisse scribit τὸν ἐπὶ θυσιῶν " ἄρχοντα καὶ κομιζόμενον τὰς ἀπαρχὰς, quoniam olim " plerique omnes Græcorum πρὸς τὰς θυσίας ἐχρῶντο " ταῖς κριθαῖς ἀπαρχομένων τῶν πολιτῶν, h. e. Eum " qui hordei primitias ab offerentibus accipiebat, " iisque rem sacram faciebat." [* Κριθολογέω, Theod. Prodr. Ep. p. 26. * " Κριθολογία, Cod. Theod. T. 5. p. 298. * Κριθόμαντις, Toup. Opusc. 2, 94." Schæf. Mss. " Clem. Alex. Protr. p. 9. (10.)" Boiss. Mss. * Κριθομάντεια, Schn. Lex. * " Κριθοπομπία, Hes." Wakef. Mss. * " Κριθοπώλης, T. H. ad Plutum p. 379." Schæf. Mss. Hippiatr. p. 4. Dionys. H. de C. VV. 201.] " Κριθοτράγος, et Κριθοφάγος, Hor- " dei comestor, Qui hordeo vescitur, s. victitat. A- " ristoph. Ὄρν. (231.) ὅσα τ' εὐσπόρους ἀγρῶν γυίας " νέμεσθε φῦλα μυρία κριθοτράγων σπερμολόγων τε " γένη, i. e. κριθοφάγα," [Schol. * " Κριθοφαγέω, Const. Manass. Chron. p. 86. Amat. 6, 29." Boiss. Mss.] " Κριθοφαγία, ἡ, Hordei comestura: Pœna " militaris ap. Polyb." [6, 38, 4.] " Κριθοφόρος, " Hordeum ferens, s. Hordei ferax." [" Strabo 576." Wakef. Mss. Plut. 9, 624.] " ET Κριθοφυλακία, " Hesychio ἀρχὴ ἐπὶ τῆς ἐξαγωγῆς τῆς κριθῆς: forsan " qua observatur caveturque ne hordeum ad exteros " exportetur." [* Κριθάλευρον, Synes. de Febr. 100. 234. * Κριθώλεθρος, Phryn. Bekkeri p. 46. Ἵπ- πος. * Εὔκριθος, Theocr. 7, 34. * Ἰσόκριθος, Polyb. 2, 15, 1.] " Ὁμοιόκριθος affertur pro Hordeo simi- " lis." [Theophr. H. Pl. 8, 9, 2. * " Πολύκριθος, Suid. 2, 375." Wakef. Mss. * Πολυκριθέω, Eust. Il. p. 658, 43=524, 39. Phav. Lex. p. 43.] " Κριθώδης, Hordeaceus: ut κρ. ἄρτος, Nonn." [Jo. 71, 21. 72, 4.] " Κρίθινος, itidem Hordeaceus, " Ex hordeo confectus. Athen. 1. et 10. (p. 447.) " κρίθινον πεπωκότες οἶνον: quem esse καρωτικὸν ait " et ἐξυπτιάζειν εἰς τὰ νῶτα τοὺς μεθυσθέντας: ap- " pellari autem πίνου s. βρύτου nomine. Sic ap. " Plut. (9, 13.) Μέθη χωρὶς οἴνου πρὸς σύκινον πόμα " καὶ κρίθινον. Et Lucian. (3, 211.) Κριθίνῳ ἄρτῳ " χρωμένους. Et ap. Athen. l. 7. Καὶ κρίθινον κόλ- " λικα, δούλιον χόρτον. Rursum ap. Plut. Κρίθινον " ἄλευρον, ut ap. Theophr. (H. Pl. 8, 4, 1.) κρίθινον " ἄχυρον, Acus hordeaceum." [" Jacobs. Anth. 6, 177. Ruhnk. ad Rutil. 88. Bibl. Crit. 3, 2. p. 84. Toup. ad Longin. 390." Schæf. Mss.] " ITEM " Κριθανίας πυρὸς, Triticum hordeacei generis: s. " Hordeago, ut Gaza vertit ap. Theophr. H. Pl. " 8, 2, (3.) Πλὴν εἴ τι γένος πυρῶν τοιοῦτο οὓς κα- " λοῦσι σιτανίας καὶ κριθανίας." [* " Κριθίον, Villois. ad Long. 223." Schæf. Mss. Alciphr. 2. p. 218. Wagn.] " Κριθίδιον, τὸ, Hordeolum, s. Hor- " dei granulum. Athen. (214.) de Athenione, Ἐ- " νειργάσατο δ' ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν πρὸς τὸ ζῆν " ἀναγκαίων ἔνδειαν, κριθίδια καὶ πυροὺς ὀλίγους δια- " μετρῶν." [" Villois. l. c. * Κριθήδιον, ibid. Brunck. Aristoph. 3, 147. * Κριθάριον, Thom. M. 554." Schæf. Mss. Gl. Hordeum, Hordeolum. * Κριθῆς, ἡ, i. q. κριθίνη, Anal. 2, 53. ἀκτῆ, vulgo legitur κρηταῖς. * Κριθάμινος, Polyæn. 4, 3, 32. * Κριθίζω, Babrii Fab. 27.] " Κριθιάω, et ex hoc VERBALE " Κριθίασις. Equus κριθιᾶν, s. κριθιάσει laborare, di- " citur cum ex itinere aut cursu adhuc anhelabundus " hordeum devorarit, indeque cruditate vexari cœ- " perit, quæ subter tergus irrepens per totum cor- " pus evagatur: ita ut convellatur equus, neque pe- " dibus insistere vel articulos inflectere valeat. Eo " in morbo magna cum vi lotium egerit: sudor fe- " minibus et costis erumpit: cibus inter suspiria " datus raptim cum anhelitu trahitur: caducus re- " cusat excitari, sed decumbens pabulo vescitur:

" oculi male habent, visui caligo succedens offun-
" ditur; os fœdis ulceribus, quas Aphthas nominant,
" vitiatur: crenæ palati versusque sublimes attol-
" luntur et fervorem quendam expirant, sanguine
" turgent venæ. Auctor Hierocles in Hippiatr. 1.
" ubi Apsyrtus quoque iisd. propemodum verbis
" hoc malum describit. Meminit ejus Aristot. etiam
" H. A. 8, 24. Ruellius cum Gaza vertit Hordea-
" tionem." [Xen. Ἱππ. 4, 2.] " Alioqui κριθιᾶν di-
" citur etiam E nimio hordei pastu lascivire: ut
" ὑπερμαζᾶν est E mazarum esu insolescere et petu-
" lantiorem fieri. Sic Æsch. (Ag. 1650.) dixit σειρα-
" φόρον τε καὶ κριθῶντα πῶλον. Auctor Poll. 7, (24.)
" c. 10. ubi et hæc leguntur e Soph., ἕως ὅτου κριθώσης
" οἴνου: sed non sine mendi suspicione:" [leg. κρι-
θώσῃς. In Æschyli quoque l. c. recepta lectio est
κριθῶντα. " Heyn. Hom. 5, 291. Valck. Anim. ad
Ammon. 182. ad Il. Z. 506." Schæf. Mss. * " Ἐκ-
κριθιάζω, Bekk. Anecd. 213." Kall. Mss.]

" ΚΡΙΜΝΟΝ, τὸ, Farina crassior, ut quæ per
" cribrum laxiora habens foramina transmissa est:
" Pollen autem, quæ per κρησέραν s. ἀλευρότησιν.
" Galen. enim in Lex. Hippocr. κρίμνα vocari scribit
" τὰ ἁδρὰ ἄλφιτα, τὰ ἁδρομερέστερα καὶ μέγιστα τῶν
" ἀλφίτων: quæ crassiorem in modum molita sunt.
" Sic idem Simpl. Medic. lib. 7. κρίμνον nominari
" scribit τὸ παχυμερὲς τοῦ τε πυρίνου καὶ τοῦ ἐκ τῶν
" ζειῶν ἀλεύρου: ut et Diosc. 2, 12. κρίμνον esse
" tradit τὸ ἁδρότερον τῇ κατεργασίᾳ τοῦ ἀλεύρου, γινό-
" μενον ἔκ τε ζειᾶς καὶ πυροῦ, ἐξ οὗ ὁ πόλτος γίνεται,
" Farinam e tritico zeave crassius confectam s. mo-
" litam, e qua confici pultes solent. Rursum Gal.
" Comm. 2. in Prognost. Hippocr. κρίμνα vocari
" tradit, τὰ τοῖς ἀλφίτοις ἐμφερόμενα τῆς πεφρυγμένης
" κριθῆς μόρια μεγάλα, διαπεφευγότα δηλονότι τὴν ἐν
" τῇ μύλῃ κατεργασίαν ἀκριβῆ, Crassiora hordei tosti
" frustula farinæ innatantia, quæ sc. exacte a mola
" contrita non sunt. Itidemque ibid. dicit, ἐν τοῖς
" ἀλφίτοις τὸ μὴ καταθραυσθὲν εἰς ἄκρως λεπτὰ μόρια,
" γίνεται κρίμνον. Utitur porro h. v. Hippocr. de
" Morb. 2. dicens, Τοῦτον πιπίσκειν τὸ ἀπὸ τοῦ κρί-
" μνου. Et aliquanto ante, Διδόναι πίνειν τὸ ἀπὸ
" κρίμνου. Idem de Nat. Mul. Κρίμνα πύρινα ἐμβα-
" λὼν, δίδου ῥυμφάνειν. Et rursum de Morb. 3. Ἐν
" ὕδατι κρίμνα κριθέων βρέχων δίδου. Suid. κρίμνον
" esse scribit τὴν κριθὴν, Hordeum: e quo per
" apoc. Homerum fecisse suum κρῖ λευκόν: et πολύ-
" κριμνον hinc dici τὸν πολύκριθον, Divitem hordei.
" Exempla autem hujus signif. ista subjungit. Ex
" Epigr. Αὐτάρκης ὁ πρέσβυς ἔχων ἅλα καὶ δύο κρίμνα.
" Et e Babrio, Ἐγὼ δὲ λιτῆς οὐκ ἀφέξομαι βώλου Ὑφ'
" ἧντε κρίμνα μὴ φοβούμενος τρώγω, Hordei grana.
" Apud Hes. vero Κριμνὸς, ἡ κριθή: qui tamen κρι-
" μνοὺς esse dicit etiam λευκάς τινας βοτάνας, Herbas
" quasdam albas." [" Κρίμνον, Jacobs. Anth. 9,
102. Kuster. Aristoph. 60. 112. Callim. 1, 516."
Schæf. Mss. " Nicander Ἀ. 551." Wakef. Mss. A-
ristot. H. A. 2, 5.] " Πολύκριμνος, Multum ferens
" hordei, Hordei ferax, Etym." " Κριμνίτης πλα-
" κοῦς, ap. Athen. l. 14. ὁ διὰ κρίμνων γενόμενος,
" Placenta e farina crassius molita, s. e crassioribus
" farinæ frustulis quæ a mola bene contusa et con-
" trita non sunt. Apud Hes. vero Κριμνῆστις, πλα-
" κοῦντος εἶδος: idem procul dubio cum Athenæi
" κριμνίτῃ." [* Κριμνατίας ἄρτος, Athen. 112. al.
* Κριμματίας. " Jacobs. Anth. 7, 44." Schæf. Mss.]
" Ετ Κριμνῶδες οὖρον ap. Medicos, Urina, cui inna-
" tant crassa quædam frustula similia frustulis illis
" farinæ crassioribus. Hippocr. in Coac. Progn. Ἐν
" τοντέοισι κριμνώδεες οὐρήσιες: in Aphor. (7, 31.)
" Κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται. Et in Progn.
" (161.) Κριμνώδεες δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν αἱ ὑποστά-
" σιες, πονηραὶ, i. e. παχεῖαι in modum τῶν κρίμνων."
[Galen. 8, 544. " Aristoph. N. 965. Kuster. 60.
Brunck. 3, 206. Bentl. 323." Schæf. Mss.]

" ΚΡΙΝΟΝ, τὸ, Lilium: quod et λείριον. Diosc.
" 3, 116. τὸ βασιλικὸν κρίνον a nonnullis vocari λεί-
A " ριον tradit, et τούτου τὸ ἄνθος esse στεφανωματικόν.
" Suid. κρίνον nominari scribit et τὴν κολόκυνθαν,
" Cucurbitam: alii potius Florem cucurbitæ, ut qui
" lilii florem referat. Idem Suid. annotat, Aristoph.
" in N. (911.) dixisse etiam κρίνοις στεφανοῖς, pro αἱ
" λοιδορίαι αἱ παρὰ σοῦ στέφανοί μοί εἰσι ἐκ κρίνων:
" hoc autem κρίνεσι κεκλῖσθαι ἀπὸ τοῦ τὸ κρίνος, ut τὸ
" τεῖχος: quosdam vero dicere esse metaplasmum.
" Ita sane δένδρεσι dicitur pro δένδροις: et ut δέν-
" δρεα pro δένδρα, ita etiam κρίνεα pro κρίνα, Ionicώ-
" τερον: ab Herod. nimirum 2, (92.) p. 77. Ibi enim
" dicit, Φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλά: ab Ægy-
" ptiis λωτὸς dicta. Et ibid. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα
" ῥόδοισι ἐμφερέα. || Verum et τοὺς πτωχοὺς appel-
" lant κρίνα, teste Suida: ut et J. Poll. 6, 47. τὸν
" πένητα s. πτωχὸν a quibusdam γυμνὸν et κρῖνον
" nominatum fuisse refert. Itidem Hes., κρίνον, in-
" quit, τὸ ξηρὸν, Siccum, Aridum. Ponitur et ἐπὶ
" πτωχοῦ καὶ νεκροῦ, καὶ ἐκπεπτωκότος. Est eod. Hes.
" teste etiam σχῆμα χορικῆς ὀρχήσεως: cujus rei et
B " Athen. meminit (114.) et ex eo Eust. p. 1018. Ibi
" enim, cum dixissent κρίνον esse Speciem quandam
" mazæ, subjungunt esse etiam σχῆμά τι χορικῆς
" ὀρχήσεως ap. Apollophanem in Daulide. Huc allu-
" sisse videtur Plut. (6, 207.) Τὴν Πτολεμαίου θηλύ-
" τητα καὶ θεοληψίαν καὶ ὀλολυγμοὺς, καὶ κρίνων καὶ
" τυμπάνων ἐγχαράξεις, εὐσέβειαν ὀνομάζων καὶ θεῶν
" λατρείαν." [" Jacobs. Anth. 6, 105. ad Meleagr.
p. 4. Heyn. Hom. 8, 326. Villois. ad Long. 37. Valck.
Diatr. 17. De paupere, ad Lucian. 1, 353. Κρίνεα,
Herod. 144, 25. Κρίνεσι, ad Mœr. 132. Kuster. Ari-
stoph. 60. Κρίνον conf. c. κρίκος, 115." Schæf. Mss.]
" Κρίνιον, τὸ, Aridum, Siccum: dicitur de Paupere
" et mortuo. Est vero et Saltationis genus. Ita VV.
" LL. sed perperam pro κρίνον." [* Κρινοειδὴς,
Diosc. 3, 143. * Κρινόμυρον, Galeni Exeg. * " Κρι-
νοστέφανος, Epith. Musarum, Auson. Epist. 12, 14."
Elberling. Mss. " Ad Charit. 766." Schæf. Mss.
* Κρινόχρους, Chrys. 6, 135. Ed. Paris. * " Κρινόεις,
Heyn. Hom. 8, 326." Schæf. Mss. * Κρίνινος, Po-
C lyb. 31, 4, 2. * Κρινόω, unde * Κρινωτὸς, Arist. de
LXX. Interprr. 255.] " Κρινὼν, ῶνος, ὁ, Lilietum,
" Locus consitus liliis. Ετ Κρινωνιὰ, ἡ, Lilii
" planta, Theophr. H. Pl. 2, 2, (1.) Ῥοδωνιὰ δὲ καὶ
" κρινωνιὰ κατακοπέντων τῶν καυλῶν φύεται, ὥσπερ καὶ
" ἡ ἄγρωστις. Ibid. Φύεται δὲ ἡ κρινωνιὰ καὶ ῥοδωνιὰ
" καὶ ὅλου τοῦ καυλοῦ τεθέντος." [" Schneider. Scriptt.
R. R. 3, 2. p. 83." Schæf. Mss.]

ΚΡΙΝΩ, Secerno, Discerno, Dirimo. Primam enim hanc esse puto τοῦ κρίνω signif., non autem eam, qua pro Judico ponitur: quin potius hanc ex illa profectam: ut sc. κρίνειν dictum sit pro κρίνειν νείκεα, quod ipsum et ap. Hom. legitur, i. e. Dirimere lites; nam qui judicat, lites dirimit. Il. E. (499.) Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωὰς, Ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ Κρίνει ἐπειγομένων ἀνέμων καρπόν τε καὶ ἄχνας, Cum flava Ceres secernit fructum et paleas, vel separat, διαχωρίζει, Eust. afferens hunc ejusd. Poëtæ versum, tanquam habentem
D eand. τοῦ κρίνω signif., Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον: qui versus est B. 363. ubi Idem exp. itidem διαχώριζε, δίελε. Ab Hes. quoque κρινεῖς exp. διαχωρίσεις, et κρίνειν simplici χωρίζειν. Fuerunt tamen qui in illo versu Il. B. Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα reddiderint κρῖνε, Ordina: quæ interpr. eund. quidem sensum efficit, sed liberior est. At vero κρίνειν νείκεα pro Dirimere lites, vide in Κρίνω, Judico.

Κρίνω, vel Κρίνομαι, Decerno: ut κρίνεσθαι ἄρηϊ aliquoties ap. Hom. Decernere bello: dicit autem et κρίνεσθαι μένος Ἄρεος quia in conflictus exitu διακρίνεται τὸ τῶν μερῶν μένος. Et Polyb. (18, 14, 3.) κρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων, De summa rerum prælio decernere: item κρίνειν τὰ ὅλα, (3, 70, 1.) ead. signif. Vide Bud. p. 36. ubi exp. etiam Dimicare de summa imperii, et extremam aleam experiri. Sed et πόλεμος, Bellum, κρίνεσθαι dicitur a Paus. Achaicis, Καὶ ὁ μὲν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεμος ἔμελλεν ὡς ῥᾷστα κατὰ τὸ ἐπιτηδειότατον Ῥωμαίοις κριθήσεσθαι. Quinetiam διὰ μά-

χης κρίνειν τὸν πόλεμον ap. Diod. S. legitur in historia Alexandri, Συνεβούλευον οὖν μὴ συγκαταβαίνειν εἰς τὸ διὰ μάχης κρίνειν τὸν πόλεμον: itidemque μάχῃ dicitur κρίνεσθαι cum ab aliis, tum a Xen. (K. Π. 3, 3, 9.) Αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. Exp. Bud. κρίνεσθαι Decerni, i. e. Decretorium judicium habere, Crisin habere, in hoc quoque Gal. l., ad Gl. 1. Σκεπτέον οὖν πρῶτον μὲν τὸ τῶν πυρετῶν εἶδος, εἰ θερμοὶ καὶ διακαεῖς· ἐκκρίσεσι γὰρ οἱ τοιοῦτοι φιλοῦσι κρίνεσθαι. Hinc et κρίσιμοι ἡμέραι, Decretorii dies. At Polit. κρίνειν vertit Discernere in Herodian. (3, 7, 4.) Ἡ γὰρ ἀπόβασις καὶ ἡ τύχη τοῦ πολέμου τὰς ἑκατέρων γνώμας ἔκρινεν.

Κρίνω, Excerno: Κρίνει τὴν περίττωσιν, Aristot. Probl. ubi scribitur etiam, Ἔτι δὲ συμβαίνει τῶν ὑγρῶν κατασπωμένων καὶ κρινομένων κάτω, καὶ πνεῦμα ἐπάγεσθαι αὐτοῖς.

Κρίνω, Seligo, Deligo. Quæ signif. primæ finitima est; nam secernimus ad deligendum. Il. Z. (188.) Κρίνας ἐκ Λυκίης εὐρείης φῶτας ἀρίστους, Εἷσε λόχον, ubi Eust. ait etymologiam nominis λόχος quodammodo indicari: esse enim κρίνειν i. q. ἐπιλέγεσθαι, a quo, i. e. a cujus simplici λέγεσθαι, derivatum sit λόχος: quippe cum oporteat τοὺς ἐλλοχήσοντας esse ἐκκρίτους et ἐπιλέκτους. Sic autem exp. et Il. (A. 309.) Ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν ἐείκοσιν, addens hinc istos dici posse ἐκκρίτους. Illi autem priori loco similis est hic Od. Ξ. (217.) ὁπότε κρίνοιμι λόχονδε Ἄνδρας ἀριστῆας.

Κρίνω, Discepto, Judico, Il. Π. (387.) Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι. At vero Hesiod. pro σκολιὰς θέμιστας κρίνειν et δίκην ἐλαύνειν dicit brevius σκολιαῖς δίκαις κρίνειν θέμιστας, Ἔργ. (1, 219.) σκολιαῖς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας, ubi κρίνειν θέμιστας est Disceptare jura. Rursum M. (440.) Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν, Disceptans controversias, Dirimens controversias; nam qui disceptat s. judicat, dirimit controversias et lites, uti dixi supra, ubi docui primam mihi videri τοῦ κρίνω signif. esse eam, qua sumitur pro Secerno, Discerno, Dirimo. Quam meam sententiam confirmare videtur Eust. expositio, quam dat participio κρίνων, sc. διαχωρίζων: addens, ἐπεὶ καὶ διχαστὴς οἷόν τις ἐστὶν ὁ δικαστής, κατὰ τοὺς σοφούς: quam etym. ex Aristot. sumsisse eum puto; nam ap. eum legitur; mihi tamen minime placens. Quibus subjungit, integrum id esse loquendi genus; at cum dicitur simpliciter κρίνειν, tunc esse imperfectum, ac deesse accus. νείκεα, στάσεις, φιλονεικίας, similem quempiam. Idem vero annotat et in loco illo, ubi accus. θέμιστας adjungit Poëta huic verbo. Sic autem et in soluta oratione adjicitur interdum accus. δίκην, ita tamen ut multo frequentius subaudiendus relinquatur, Plut. (6, 681.) Μαχαίρᾳ δέ τινι κρίνων δίκην, καὶ ὑπονυστάζων, οὐ πάνυ προσεῖχε τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ κατέκρινε, Aristot. Polit. 2. Οὐ καλῶς οὐδ' ὁ περὶ κρίσεως ἔχει νόμος, τὸ κρίνειν ἀξιοῦν διαιροῦντα, τῆς κρίσεως ἁπλῶς γεγραμμένης, καὶ γίγνεσθαι τὸν δικαστὴν διαιτητήν, Thuc. 6, (39.) Βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετούς, κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλούς. Et δικαίως κρίνειν ap. Plut. Sed ei, quod ex Eust. retuli de subaudiendo accus., objecerit aliquis, non posse eum addi, cum jam alius ei additus est: veluti cum dicitur κρίνω ἀγῶνα, τοῦτον. Sed ego pro Eust. respondeo, κρίνω ἀγῶνα posse resolvi in τὴν περὶ τοῦ ἀγῶνος δίκην, at vero κρίνειν τοῦτον in τὴν τούτου δίκην. Extat autem illud κρῖναι ἀγῶνα ap. Aristoph. (B. 873.) invenitur et cum accus. κρίσιν ap. Plat. de Rep. 2. (p. 213.) Τὴν κρίσιν αὐτοῖν τοῦ βίου—κρῖναι ὀρθῶς, Judicium rectum de ipsorum vita ferre. Et κρίνω αὐτοὺς ap. Eund. pro Judicium de ipsis fero; itidemque ὁ κρίνας τὰς θεὰς, ap. Eur. (Iph. A. 72.) Non semper tamen, ut verum fatear, subaudiri accus. ille potest: v. gr., cum dicitur a Dem. (327.) κρίνω τὰ πράγματα, Plat. Epigr. τοῖς τὸ ἐμὸν ἦθος δυναμένοις κρίνειν. Itidemque cum jungitur hoc verbum præpositioni περὶ, Plato Apol. Socr. (24.) Ὑμῖν ἐπιτρέπω καὶ τῷ θεῷ κρῖναι περὶ ἐμοῦ. || Judico, Censeo, Existimo: unde ap. Thuc. κρίνεσθαι, Censeri: 2, (40.) Κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν. Et κρίνειν πολεμίους, Censere hostes, Habere pro hostibus. Apud Aristot. autem, Κρίνουσι ταῦτα ἐν τέρασι, eod. modo, quo dicunt Lat. interdum Censere aliquid in bonis, malis. || Κρίνω alicubi reddendum potius Dijudico quam Judico: ut in isto Aristot. l. Τὰς μὲν διαφορὰς οὐδὲν ἧττον οὐδὲ μᾶλλον κρινεῖ τῶν χρωμάτων. || Alicubi vero Adjudico, Soph. Aj. (443.) Κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί. || At cum dicit Hom. (Il. E. 150.) κρίνασθαι ὀνείρους, unde comp. ὀνειροκρίτης, non tam est Judicare somnia, quam Conjicere somnia; non tam Judicare de somniis, quam Conjecturam de somniis afferre: exponiturque Interpretari, Explicare somnia. Unde referendum videtur potius hoc loquendi genus ad eam τοῦ κρίνω signif., qua pro ἐξετάζειν, δοκιμάζειν, βασανίζειν ponitur, Bud. exempla tamen nulla afferens. || At Κρίνω pro Statuo, Constituo, ad Judicandi signif. aliquatenus pertinet, quia is, qui statuit aliquid facere, faciendum id esse judicavit, Polyb. Κρίνας δ' ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν: (5, 52, 6.) Πράξας δὲ τὸ κριθέν.

Κρίνω, Accuso, Diem dico, Reum ago, Defero, Antiphon, Καὶ κρίνω προδόντα αὐτὸν καὶ τοὺς νεὼς, κ. τ. λ. Plut. Cæsare (4.) Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας. Itidemque κρίνομαι, Accusor, Causam dico, Reus agor, Dem. (407.) Εἰ ἐκρινόμην μὲν ἐγὼ, κατηγόρει δ' Αἰσχίνης οὑτοσὶ, Φίλιππος δ' ἦν ὁ κρίνων. Et κρίνεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, Athen. Rei capitalis accusari. Vide Bud. 34. Legitur et κρίνεσθαι θανάτου, Polyb. autem dicit itidem κρίνειν θανάτου, (6, 14, 7.) Θανάτου δὲ κρίνει μόνος ὁ δῆμος, et ap. Dem. κρίνεσθαι κρίσιν θανάτου. Et κρίνεσθαι ἐπ' ἀδικήματι, Plut. Apophth. Maleficii accusari. Et κεκριμένος, Reus, vide Ἄκριτος. Rursum Bud., sed in suo Lex. κρίνεσθαι pro Judicio disceptare, affert ex LXX. Jerem. 2, (9.) necnon e Plat. cum accus., de LL. 12. Sed extant et alia passim significati hujus exempla. Aristoph. (N. 66.) Τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθ'· εἶτα τῷ χρόνῳ Κοινῇ ξυνέβημεν. Usus est et Hesiod. (Θ. 535.) ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι. Dicitur vero et κρίνομαι πρός σε, quo usus est modo Aristides. Affertur et κρίνεσθαι περὶ τῆς ἀρετῆς, pro Disceptare de virtute; e Thuc. (4, 122.) cum dat. δίκῃ citatur, κρίνεσθαι δίκῃ. Et τὸ κρινόμενον, Id, de quo disceptatur. A Bud. redditur Disceptatio e Cic., Judicatio e Fabio. In VV. LL. exp. etiam Controversia, Summa judicii quæstio.

Κρίνω pro κατακρίνω, Damno: et κρίνομαι pro κατακρίνομαι, in N. T. præsertim. Sic et κρίμα, Damnatio.

Κρίνω, pro ἐξετάζω, δοκιμάζω, βασανίζω, atque adeo pro ἀνακρίνω, Bud. 35. sed exemplum nullum afferens. In Lex. autem exp. Latine Quæro, Quæstionem habeo. Sequendo autem hanc exp. τοῦ κρίνω, crediderim κρίνεσθαι de eo dici, de quo habetur quæstio, in Thuc. 6, (29.) p. 206. Καὶ ἕτοιμος ἦν, πρὶν ἐκπλεῖν, κρίνεσθαι εἴ τι τούτων εἰργασμένος ἦν. Affertur autem et κεκριμένος pro Probatus, Exploratus, ex Epigr. ἀσπίδα δ' ἔσχον Σωθεὶς κεκριμένην ὕδατι καὶ πολέμῳ: [" κεκριμένοι ἄνδρες, Probati viri, Herod. 3, 31." Schw. Mss.] || Μέση καὶ κεκριμένη ἡλικία, VV. LL. e Ceb. Theb. Ætas judicio firmata et integra. || Κεκριμένον a Bud. exp. etiam Exactum, Severum, Germanum, Plut. (10, 679.) Οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τοῖς πεντάθλοις νενόμισται προσαυλεῖσθαι οὐδὲν μὲν κεκριμένον οὐδ' ἀρχαῖον, οὐδ' οἷον ἐνομίζετο παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις,—ὅμως δὲ καὶ εἰ ἀσθενές τι καὶ οὐ κεκριμένον, ἀλλ' οὖν προσαυλεῖται. Quinetiam adverbium hanc ipsam signif. sequens, EST Κεκριμένως, ap. eund. Plut. (10, 686.) Εἰ οὖν τις βούλεται μουσικῇ καλῶς καὶ κεκριμένως χρῆσθαι, τὸν ἀρχαῖον ἀπομιμεῖσθαι τρόπον, Exacte: q. d. Adhibito judicio, Adhibita censura.

Κρίνομαι, pro συγκρίνομαι, Comparor, Conferor. Bud. e Plat. (Phædone 58.) Καὶ πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν κάλλη κρίνεσθαι οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄξια.

[" Κρίνω, Thom. M. 555. ad Charit. 505. 624. 678. Musgr. Med. 644. Suppl. 969. Iph. T. 1471. Rhes. 655. Tro. 928. Heracl. 198. Monthly Review, Apr. 1799. p. 429. Jacobs. Anth. 11, 253.

Heyn. Hom. 4, 265. 275. 5, 227. 7, 177. 459. 533. A Diod. S. 1, 256. 279. 321. 2, 27. 275. 276. J. Gronov. ad Cebet. 160. 163. Clark. ad Il. A. 309. 314. 338. 482. B. 43. 475. Valck. Phœn. p. 441. Diatr. 261. Ammon. 85. ad Herod. 42. 498. Eur. Hec. 643. Damno, Jacobs. Anth. 10, 266. Musgr. Med. 644. Exploro, Wakef. Trach. 195. Phil. 338. Seligo, Æsch. Eum. 490. Probo, Ruhnk. ad Rutil. p. 23. ad Xen. Mem. 4, 4, 16. Victorem declaro, Aristoph. Ἐκκλ. 1155. Xen. Κ. Π. 8, 2, 27. Discepto, Heyn. ad Herod. 153. Accuso, Taylor. ad Lycurg. 320. Sensu forensi, ad Charit. 440. 460. 473. Musgr. Tro. 220. Wakef. Eum. 436. Jacobs. Anth. 7, 349. Plut. Mor. 1, 371. cf. Eur. Med. 612. De morbo, Diod. S. 2, 336. De prælio, ad Diod. S. 1, 534. Κρ. pro ἐγκρίνω, Ruhnk. Oratt. Gr. p. 97. Κρ. pro ἀνακρίνω, κατακρίνω, κρίνομαι pro ἀποκρ., Brunck. ad Æsch. S. c. Th. 878. Trach. 195. et Ind. Soph. Cum inf., Diod. S. 2, 434. De quant., Heyn. Hom. 6, 61. 7, 403. De præt. act., Pierson. ad Herodian. 459. Κρ. τὸν πόλεμον, ad Cornel. Nep. 41. Stav., ad B Od. Σ. 262. ὀνείρους, Eur. Hec. 87. Wakef. S. Cr. 3, 43. πλέον, Dionysius 4. τινὰ πλέον τινὸς, Toup. Opusc. 2, 173. τὶ πρός τι, Xen. Œc. 10, 13. ubi v. nott. τὶ πρό τινος, Lucian. 1, 22. Κρ. θανάτου, Xen. Κ. Π. p. 27. cf. Bergler. ad Alciphr. 125. 129. Fut. Κρινέω, ad Herod. 677. De act., pass., et med., Kuster. V. M. 67. 111. Pass., Cerni, Spectari, Jacobs. Anth. 8, 93. 9, 96. 425. 11, 304. Med., Decerno acie, Prælior, Wolf. ad Hesiod. p. 111. 132. ubi gen. τιμάων non de Spe cum Wolfio, sed de Fine certaminis explicem; sic etiam Heyn. p. 157. Κρίνεσθαι, Sich vor Gericht stellen, ad Apollod. 123. 264. 820. Toup. Opusc. 1, 19. Ammon. 19. Cum gen., Græv. Lectt. Hes. 537. ἀσεβείας, Alciphr. 124. ubi v. not. Κέκριται, Marcus Arg. 16. et Jacobs. Heyn. Hom. 6, 512. Κεκριμένος, 6, 84. 523. Κεκριμένη ἡλικία, ad Charit. 275. Κεκρίσθαι, Etym. 359, 4. Κρινθημέναι, Brunck. Apoll. Rh. 63. Heyn. Hom. 5, 6. 359. 6, 392. Κριθεὶς, κρινθεὶς, 8, 52. Κριθέντες, ad Il. N. 129. * Κριτέος, Callim. 1, 442. Jacobs. Anth. 12, 239." Schæf. Mss. "Max. Tyr. 26, 2." Boiss. Mss. Hippocr. 5.]

Κρίμα, τὸ, Judicium. Cujus verbalis frequens est in N. T. usus. Matth. 7, (2.) Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, Quo judicio judicatis, judicabimini. I. e. Quale de aliis fertis judicium, tale de vobis feretur. Et de judicio Dei, ad Rom. 11, (33.) Ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ. Et κρίμα ἔχειν μετά τινος pro Contendere judicio, Disceptare cum aliquo, 1 ad Cor. 6, (7.) || Damnatio, Luc. 24, (20.) Παρέδωκαν αὐτὸν εἰς κρίμα θανάτου, Tradiderunt ad damnationem mortis, i. e. Ut morte damnaretur. Multo tamen sæpius sine illo gen. pro Damnatio: 23, (40.) Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; Meminit hujus signif. et Etym., exponens κατάκριμα et καταδίκη. Addit vero signif. τοὺς ἐξητασμένους τοῦ Θεοῦ λόγους: quod intelligendum videtur de iis ll., in quibus LXX. tria hæc conjunxerunt, ἐντολὰς, δικαιώματα, κρίματα: quæ ita quidam distinguenda putant, ut per τὰς ἐντολὰς indicetur Ea legis pars, D quam Moralem vocant, in qua præcipitur quid Deo, quid proximo debeamus: per δικαιώματα, Sacri ritus totaque adeo ceremonialis Lex: per κρίματα denique Ea pars, quæ ad civilem politiam et forenses controversias pertinet, quam Judicialem appellant. || Κρῖμα etiam invenitur scriptum cum ῖ, sed in emendatis N. T. exempl. accentu acuto notatum reperitur; ac certe, licet κρίνειν ap. Hom. ι productum habeat, Nonnus corripuit κρίμα, (Jo. 127, 4.) Εἰς κρίμα δισσὸν ἔβην. [" Ad Charit. 757." Schæf. Mss. Æsch. Suppl. 401. εὔκριτον κρῖμα.]

Κρίσις, ἡ, Judicatio, i. e. Ipsa judicandi actio. Sed frequentius Judicium, Sententia, quæ fertur de re aliqua, Aristot. Κοινολογοῦνται γὰρ ἀλλήλοις περὶ τῆς κρίσεως, Inter se de sententia ferenda consultant, Bud. Et κρίσιν ποιεῖν, ποιεῖσθαι, Judicare, Judicium facere, pronuntiare, Sententiam ferre: κρίσιν ποιεῖν ῥητόρων, VV. LL. e Dem. Judicium de oratoribus facere. Aristides de Judicio Minervæ et Neptuni pro Urbe Athenarum, Ἀλλὰ καὶ ὧν ἤρισαν πρὸς ἀλλήλους, ἐν τῇδε τῇ πόλει τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο, Polit. 4. Κρίσις οὔπω γέγονεν ἀμφισβητούντων περὶ ὀνόματος, Nondum lata est sententia, finita est s. diremta controversia. Apud Eund. videtur esse potius Dijudicatio, cum dicit κρίσιν τῶν ἀξίων ποιεῖσθαι, ut exponatur Dijudicare qui sint digni. At in VV. LL. redditur Discernere, Probare. Sic certe κρίσις pro Dijudicatione capitur a Plut. (6, 583.) Χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν κρίσιν διὰ τὸ ἐφάμιλλον, Reddebant dijudicationem difficilem. || Κρίσεις, Judicium, ea signif., qua dicitur aliquis esse acri judicio, valere judicio, Herodian. 4, (5, 5.) Πλὴν εἴ τις ὀρθῇ κρίσει καὶ μὴ διαθέσει τῇ πρὸς τὸν πεσόντα τὸ πεπραγμένον λογίζοιτο.

Κρίσις, Causæ dictio. Item Accusatio. Thuc. 1, (131.) Καὶ καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν τοῖς βουλομένοις περὶ αὐτῶν ἐλέγχειν, Et offert se ad causam dicendam: (34.) Προκληθέντες γὰρ περὶ Ἐπιδάμνου ἐς κρίσιν. Et κρίσιν προαγορεύειν, Plut. pro Diem dicere, ut inquit Bud. qui affert et e Dem. (501.) Ἐξῆλθον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι, pro Accusandi tempus exiit. Et κρίσιν ποιοῦμαι περί τινος, Quendam accuso, vel reum ago, VV. LL. || Lis, Controversia, Lucill. Epigr. 2. Ἀλλὰ πρὸς Εὐτυχίδην ἔχομεν κρίσιν. || Κρίσις interdum et pro ἔγκλημα, cujus signif. exemplum Bud. ex Aristot. affert.

Κρίσις, Decretorium belli prælium, Bud.: sicut sc. κρίνεσθαι pro Decernere accipitur, Polyb. 1, (59, 11.) Δύναται διὰ τοῦ κατὰ θάλατταν κινδύνου κρίσεως τὰ ὅλα τυχεῖν: ut alibi dicit Idem κρίνειν περὶ τῶν ὅλων. Plut. Καρτερὰ μάχη κρίσιν οὐ λαβοῦσα, Pugna, quæ decerni non potuit, Bud. Apud Thuc. pariter τὸ Μηδικὸν ἔργον, Medicum bellum, dicitur κρίσιν σχεῖν: 1, (23.) Καὶ τοῦτο ὅμως δυεῖν ναυμαχίαιν καὶ πεζομαχίαιν ταχεῖαν τὴν κρίσιν ἔσχε, ubi nihil aliud est quam Celeriter terminatum fuit, finitum, confectum. Sic autem Plut. Phoc. Τοῦ γὰρ εὐωνύμου κέρως ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν, καὶ κρίσιν ἐποίησε ταχεῖαν. Polyb. autem (16, 4, 8.) Ῥᾳδίαν ἂν καὶ C σύντομον ἔλαβε κρίσιν ἡ ναυμαχία, Navalis prælii certamen celerem facilemque exitum habuisset, Bayf. At vero ἀμφίδοξος τῆς μάχης κρίσις dicitur, cum ancipiti marte pugnatur. Diod. autem addidit et gen. τῶν ὅλων, in historia de Alexandro, Ἡ μὲν μάχη διὰ τὰς τῶν ἀγωνιζομένων ἀρετὰς ἀμφίδοξον εἶχε τὴν τῶν ὅλων κρίσιν: quibus subjungit, Ἐταλαντεύετο γὰρ δεῦρο κἀκεῖσε, τῆς τροπῆς ἐναλλὰξ γινομένης.

Κρίσις affinem proxime præcedenti signif. ap. Medicos habet; accipitur enim vel pro Solutione morbi, vel pro Repentina in melius aut deterius mutatione. Sed magis particularem hujus nominis expositionem subjungam e Gorr., de hoc tantum obiter admonens, ab eo inter alia proferri locum Galeni scribentis hanc τοῦ κρίσις signif. a foro ad Medicos translatam esse, qua in re nequaquam Galeno assentior, cum multo magis sit rationi consentaneum a re militari eam transferre, cum magna sit inter κρίσιν νόσου et κρίσιν μάχης affinitas: unde etiam sicut κρίνεσθαι exp. ibi Decernere prælio, sic κρίσιμοι ἡμέραι, Dies decretorii. Ita igitur ille, Κρίσις ap. Hippocr. tribus modis sumitur: una signif. simpliciter τὴν λύσιν ut quo Prognostici loco scribit optimam urinam esse, in qua per totum morbi curriculum, donec ipse judicatus sit, subsidet album, læve et æquale. Neque enim aliter κρίνεσθαι illic interpr. Gal. quam λύεσθαι, ut nec aliis plerisque ll., cum κρίνεσθαι in luxationibus usurpat. Unde Corn. Celsus pleraque ex Hippocr. in Lat. convertens, κρίνεσθαι nunquam aliter vertit quam Solvi et finiri morbum. Eod. etiam modo ephemeræ et hecticæ febres dicuntur judicari, per abusionem, Gal. de Cris. 2., quod et sine magna perturbatione et minime subita permutatione finiantur. Altera vero signif. est Motus vehemens naturæ ad rei cujuslibet molestæ depulsionem. Hæc quidem generalis est signif., secundum quam non modo morbi, sed et conceptiones et abortiones et partus, et omnino quæcunque magno naturæ conatu indigent, dicuntur judicari Et paulo post, Veruntamen non omnis naturæ conatus ad vacuandum proauh

sandumque quicquid ei nocivum est, κρ. dici debet, ne quotidianam excrementorum vacuationem κρ. esse cogamur fateri, sed is modo, qui vehemens sit, necnisi certis dierum, hebdomadarum, mensium, aut annorum periodis contingit. Nam cum, auctore Gal., τῆς κρ. nomen a foro ad medicinam translatum sit, qua in re ego potius illi assentior, quam aliis, qui κρ. Excretionem, Naturæ conflictum interpr., quod κρίνειν et κρίνεσθαι utrumque aliquando significet. Neque enim κρίσιν, non dico malam, sed omnem, quæ bona sit, excretio sequitur, quod perinde natura cum morbo decertet atque reus cum petitore; atque ut in foro alteram partem causa cadere necesse est, ita hic naturam aut vinci aut vincere oporteat: et quemadmodum non de levibus rebus, sed gravioribus actiones institui solent et judicia exerceri, sic non omnis naturæ motus, quo onus omne superfluum a se deponat, κρ. appellari debet, sed magnus modo, et in quo natura videtur plurimum laborare. Talis quia maxime circa morbos apparet, atque in ejus contemplatione Medici præcipue versantur, ideo τῆς κρ. nomen morborum tantum proprium videntur fecisse, et ad eos retulisse omnia, quæcunque de crisibus conscripserunt. E quorum sententia hæc breviter de morborum crisi dicemus. Igitur κρίσις tertia sua signif. varie a vett. Medicis definita fuit. Alii enim, ut scribit Gal. (9, 44.) Subitam in morbo mutationem, alii Ad meliorem statum inclinationem solam, alii Eam, quæ antecedit, agitationem, alii Integram omnem morbi solutionem, alii Eam tantum, quæ bona sit, κρ. dixerunt. Hippocr. vero, sicut recitat Gal., appellat κρ. Permutationem magnam in morbo repente factam: cujus ipse quatuor differentias assignat, Ἐπιδημ. 1. scribens, Ἐπὶ σωτηρίην ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ τὸ χεῖρον. Siquidem per hujusmodi mutationes nonnunquam subito integra sanitas restituitur, aut moritur æger, aut levior aut deterior morbus evadit. Addit vero Gal. de Cris. 3. init. alias duas, quas Mustas vocat, cum subita aliqua ad melius aut pejus commutatione facta, deinceps morbus eod. tenore progreditur, donec æger vel convaluerit, vel extinctus sit. Earum duæ bonæ, duæ malæ dicuntur. Verum ea sola, quæ subitam affert sanitatem, simpliciter κρ. appellatur; nam quæ mortem affert, mala κρίσις est: aliæ non κρίσεις, sed simpliciter λύσεις, ut ait Gal., vel ἐλλιπεῖς κρίσεις vocantur. Omnibus diebus earum aliqua fieri potest, non tamen omnis omni die; nam bona, quam absolute κρ. dicimus, septimum, decimumquartum, vigesimum etc. Et postremo, Κρίσις, etiam præter superius explicatas signiff. sumitur aliquando ap. Hippocr. pro Ipsa accessione, ut Aphor. 19, l. 1. sicut Gal. et Philotheus in explicatione ejus l. scripserunt.

[" Κρίσις, Thom. M. 227. ad Charit. 679. 730. 757. Wolf. Prol. 234. Boiss. Philostr. 400. 435. Clark. ad Il. A. 309. 314. 338. ad Mœr. 41. 133. Toup. ad Longin. 291. Opusc. 1, 241. ad Herod. 647. Valck. Hipp. p. 232. Vide Nic. Ignarræ de Palæstra Neapolitana Commentarium, Neap. 1770. 4. p. 178. Kühn. not. Ms. ad Foës. Œcon. Hippocr. 357. Certamen, Heyn. ad Apollod. 46. Accusatio, Taylor. ad Lycurg. 320. De bello, ad Diod. S. 1, 553. 2, 204. 339. Conf. c. κρῆσις, χρῆσις, Brunck. Soph. 3, 423.; cum ῥῆσις, Schneid. ad Epicur. 52.; cum κρᾶσις, ad Diod. S. 1, 367. an κράσεως leg. 1, 228. ? Κρ. ποιεῖν, Luzac. Exerc. 141. λέγειν, Diod. S. 2, 639. ὑπομένειν, ad Herod. 471." Schæf. Mss. Memnon 53.]

[* Ἰσόκρισις, Orac. Sibyll. 14, 262.]

Κρίσιμος, ὁ, ἡ, q. d. Judicatorius, Ad judicationem pertinens, E quo velut argumentum petimus judicandi hoc vel illo modo. Unde κρ. ἡμέρα ap. Medicos, Judicatorius s. Decretorius dies. Κρ. ἡμέρα, inquit Gorr., Judicatorius s. Decretorius dies, dicitur in quo κρίσις morbi contingit. Itaque ut κρίσις omni die fieri potest, sic et omnis dies κρ. esse potest. Nunc autem appello κρίσιν Omnem morbi solutionem; in qua quidem signif. etiam febris ephemeræ κρίσις est. Atque ut sunt multæ τῶν κρίσεων differentiæ, sic et dierum criticorum: alii enim κατ' ἐξοχὴν κρίσιμοι ἢ κριτικοὶ appellantur, in quos sæpissime et securissime crises incidunt: alii mali sunt, in quibus magna e parte fiunt crises malæ; alii vero medii et incidentes, quibus crises contingunt imperfectæ. Est autem omnium fortissimus perfectissimusque septenarius, et qui septenario concluditur, ut septimus etc. Et paulo post, Et hi quidem dies, quibus certa firmaque vis inest decernendi, κυρίαι ἡμέραι ab Hippocr. appellantur. Hi autem quanquam præcipui sunt inter criticos, sunt tamen et alii quidam, quos παρεμπίπτοντας, Incidentes, vocant, quibus et sua vis inest ad judicandum, ut tertius, quintus, nonus. Hi omnes vere et proprie Critici appellantur. Dicuntur autem et eo nomine aliquando illi dies, qui singularum hebdomadarum medii sunt, easque in duas partes dividunt, ut quartus, undecimus, decimusseptimus, et reliqui eod. modo: quod sæpe in eos crises bonæ incidant. Hi tamen proprio nomine non κρίσιμοι, sed ἐπίδηλοι et θεωρητικοὶ, Indices et contemtabiles, nuncupantur, quod majorem vim et proprietatem habeant ad præsagiendam contemplandamque futuram κρίσιν, quam ad judicandum. Quarta autem criticorum dierum differentia est, in quibus utplurimum mala κρίσις evenit. Hæc ille. In Epigr. κρίσιμα φάεα vocantur istæ κρ. ἡμέραι, in hoc versu, Καὶ τὸ περὶ κρισίμων φαέων ἐλογίζετο γράμμα. Apud Gal. ad Gl. legimus et κρ. αἱμοῤῥαγία: quo autem sensu, patebit ex iis, quæ e Gorr. subjungam. || Κρίσιμον, inquit idem Gorr., ab Hippocr. π. Δ. Ὁ. Π. vocatur τὸ κρίσιν ποιοῦν τοῦ νοσήματος: quod idem est ac si dicas ὠφέλιμον, Utile, Gal. Ut autem scribit Idem Comm. in Prorrh. κρίσιμον duobus modis accipitur ap. Hippocr., ut signum et ut causa per se τῆς κρίσεως. Signum quidem id dicitur, quod futuram crisin prænuntiat. Et paulo post, Nam pro horum signorum viribus illa superiora bonam malamve κρίσιν, et imperfectam vel perfectam fore ostendunt. Κρίσιμον autem, ut causa, dicitur omnis vacuatio et abscessus, per quem κρίσις ipsa perficitur, ut vacuatio per alvum, per hæmorrhoidas, per vomitiones, per sputa, per αἱμοῤῥαγίαν, per sudores. Omnes præterea abscessuum differentiæ, post aures, in alas, in inguina, in articulos, in cutem; est enim quidam icterus criticus, et in alias omnes corporis partes. Hæc quamvis κρίσιμα ut causæ proprie dicantur, signorum tamen etiam rationem quandam habent, sicut paulo ante diximus. || Κρισιμώτερα dicuntur ab Hippocr. π. Δ. Ὁ. Π. Omnia, quæ magis ad crisin faciunt, eamque magis promovent, Gorr. e Gal. [" Wyttenb. ad Plut. 1, 528." Schæf. Mss. Hippocr. 662. * Κρισίμως, 80. 120. * Ἀκρίσιμος, Sine judicatoriis signis, 943. * Ταχυκρίσιμος, Idem Epidem. 1. T. 1. p. 671. Lind.]

[* Κρισία, Manetho 3, 161.] " Κρισίαι, Hesychio " τάξεις ἱππικαί."

" Κρίσμιον, Hesychio φυλακεῖον."

Κριτὴς, Judex, Arbiter, Arbitrator; Æstimator, Bud., afferens e Dem., Κριτὴς τῶν συμφερόντων ἀσφαλής. Sic autem exponi posse opinor in Thuc. 3, (37.) Κριταὶ δὲ ὄντες ἀπὸ τοῦ ἴσου μᾶλλον ἢ ἀγωνισταὶ, ὀρθοῦνται τὰ πλείω. J. Poll. tradit musica certamina habuisse suos κριτὰς, sicut gymnica suos βραβευτάς. [" Ad Charit. 678. Clark. ad Il. A. 314. 338. Ἐν ἴσῳ κριτῇ, Polyb. T. 4. p. 15. Κρ. αἱρετὸς, Valck. Anim. ad Ammon. 63." Schæf. Mss.] " Κρί-" τας, Eid. ὀδόντας, Dentes: at Κριτὰν Dor. pro κρι-" τὴν, Judicem." [Cf. Κριτήρ.] Κριτὶς, ἡ, Judex, Alex. Aphr. de Anima 2. p. 156. Ἡ γὰρ φαντασία κριτὶς τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων. Κριτικὸς, Aptus s. Solers ad fungendum officio κριτοῦ, i. e. Judicis, Solers ad judicandum, Judicandi peritus, Synes. Ep. 74. Ἡ κριτικωτάτη τῶν ἀκοῶν. Item κριτικὸς, Qui velut artem factitat judicandi s. judicium ferendi de aliorum scriptis, præsertim vero de poëmatis, Censor poëmatum: quorum in numero fuerunt olim Aristarchus et Aristophanes Grammaticus. A Strab. autem vocantur κριτικοὶ, si Eustathio credimus, Qui ad grammatica pæcepta examinantes poëmata, censores eorum sunt. Idem Eust. ap. Heraclidem Gramm.

κριτικοὺς exp. Grammaticos exactiores, i. e. exactioris doctrinæ, τοὺς ἀκριβεστέρους γραμματικούς. Plato Axiocho (186.) Κριτικοί, γεωμέτραι, τακτικοί. Sciendum est autem, quamvis κριτικὸς sine adjectione dicatur de censore poëmatum, addi tamen interdum ipsum gen. ποιημάτων: ut a Luciano (2, 308.) Ἔτι δὲ κριτικόν τε ποιημάτων καὶ ᾀσμάτων, καὶ μελῶν τῶν ἀρίστων διαγνωστικόν. Dicitur autem et δύναμις κρ., q. d. Facultas critica, i. e. Peritia judicandi s. solertia, qualis inest iis, qui Critici appellantur. Lucian. (1, 810.) Γυμνασάμενόν γε πρότερον καὶ κριτικὴν τῶν τοιούτων δύναμιν πορισάμενον: (1, 805.) Κρ. τινὸς καὶ ἐξεταστικῆς παρασκευῆς, || Decretorius, sicut et κρίσιμος: ἱδρὼς, Sudor decretorius, Bud. e Greg. Sed et κρ. ἡμέραι, sicut κρίσιμοι, pro Diebus decretoriis dici annotarunt quidam. [Plut. 6, 511. " Heyn. Hom. 5, 653. 7, 807. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 2. Brunck. Soph. 3, 485. Thom. M. 228. Wolf. Proleg. 171. 234. Voss. Arist. 1. p. 11. Valck. Phœn. p. 526. Casaub. ad Athen. 147. Toup. Opusc. 2, 290. Criticus, Heyn. ad Apollod. 1176. Decretorius, Wyttenb. ad Plut. Mor. 1, 528. Κριτικὴ, Valck. Anim. ad Ammon. 56. *Casaub. ad Athen. 1. p. 11." Schæf. Mss. * " Κριτικῶς, Theoph. ad Autol. 3, 6." Kall. Mss.]

[* " Κριτὴρ, ὁ, plur., Angl. The wise teeth, Aristot. ap. Etym. M." Wakef. Mss. Cf. Κρίτας.] Κριτήριον Organum judicandi s. Instrumentum, Plut. de Mor. Virtute, Καὶ τούτων κριτήριον ἡ αἴσθησίς ἐστιν ἀμφοτέρων ἐφαπτομένη, Diog. L. Zenone, de dialectica loquens, 334. Ὅτι τὸ κρ., ᾧ ἡ ἀλήθεια τῶν πραγμάτων γινώσκεται, κατὰ γένος φάντασμά ἐστι. Idem, Κρ. δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ τυγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. Multa περὶ τοῦ κριτηρίου habes in opusculo Pyrrhoniarum Hypotyposeωn, quod a me Latinum factum fuit, ubi etiam triplex constituitur, τὸ ὑφ' οὗ, δι' οὗ, καθ' ὅ. A Bud. autem exp. Sensus et pars animi rerum æstimatrix et arbitra; et subjunguntur ab Eod. Platonis et Plut. ll., Comm. 37. Ego malui Organum judicandi interpretari, quod ead. forma dicatur qua αἰσθητήριον. || Id, e quo judicandi materiam, ut ita dicam, petimus, ad quod respicientes judicamus, Argumentum, Philo, Synes. || Locus, ubi judicatur, Judicis tribunal, Synes. [" Diod. S. 1, 83. 2, 531. 610. 631." Schæf. Mss. Polyb. 9, 33.]

Κριτὸς, Selectus: ut κρίνειν pro Seligere accipi dictum supra fuit. Il. H. 434. Τῆμος ἄρ ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν, i. e. ἐπίλεκτος, Eust. ap. quem vide plura p. 689. [Soph. Trach. 27. 245. " Clark. ad Il. A. 314. 338. 482. B. 43." Schæf. Mss. * " Κριτόβουλος, var. lect. Opp. Ἁ. 3, 26." Wakef. Mss. *Κριτόχειρος, Distinctis s. Discretis manibus s. digitis, Empedocles Plutarchi 13. p. 185. H. εἰλιπόδα, κριτόχειρα: Wyttenb. legit * Κριόχειρα, alii * Κριόχηλα.]

Ἀκρισία, ἡ, ut ait Bud., contraria est κρίσει, i. e. Discretioni rerum et judicio delectuique, Lucian. (1, 114.) Ἀ. περὶ τοὺς φίλους καὶ εὐήθεια ἐπέτριψεν αὐτόν. Hæc ille: quæ sequentes ἀκρισίᾳ interpretari possumus Indiscretio, uno verbo, et si non satis ap. Latinos recepto. Item, Non adhibitus delectus, adhibitum judicium. Atque ex his duabus interprr. utralibet convenire potest loco Luciani, ut sit ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους, Non adhibitus delectus, adhibitum judicium circa amicos, i. e. in eligendis amicis, recipiendis hominibus in amicitiam. In h. igitur l. fit ἀκρισία ex α priv. et κέκρισαι 2 præt. verbi pass. κρίνομαι, ut ἄκριτος a 3 κέκριται. Significat autem κρίνω, Judico, Dijudico. Item Eligo: secundum quas signiff. potest exponi ἀκρισία in h. Luciani l. || Et secundum primam ac propriam signif. τοῦ κρίνω, sc. pro Judico, usurpatur a Polyb. pro Re controversa, et de qua nondum judicatum est. Item in Anthol. pro Judicii inopia, Temeritas in judicando et malum judicium, ut α significet κακόν. || Secundum autem eam, qua κρίνω pro Discerno et distinguo sumitur, usurpatur pro eo, quod est Confusio, et quasi quis dicat Indiscretio. Apud Xen. autem est Rerum veluti confusio, turbulentus status, turbulentarum status. Ita enim Ἑλλ. 7, (5, 27.) Ἀ. δὲ καὶ ταραχὴ ἔτι πλείων μετὰ τὴν μάχην ἐγένετο, ἢ πρόσθεν, ἐν τῇ Ἑλλάδι,

A [Polyb. 5, 48, 5. " Toup. Opusc. 2, 12." Schæf. Mss.] Δικαιοκρισία, Æquum judicium, ad Rom. 2, 5. Θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. [* " Δικοκρισία, Basil. Hom. Mor. 188." Boiss. Mss. * " Θεοκρισία, Dei judicium, Dionys. Areop. 35. 61. Cœl. Hier. 8, 2." Kall. Mss.] Κακοκρισία, Pravum et iniquum judicium, Epigr. [" Anon. in Bandini Catal. 2, 297." Boiss. Mss. Polyb. 12, 24, 6. " Jacobs. Anth. 8, 335. 12, 95. Epigr. adesp. 390." Schæf. Mss. *Ὀρθοκρισία, Cyrill. ad Isaiæ c. 56. p. 786.]

Ἄκριτος, ὁ, ἡ, Injudicatus, Indemnatus. Κεκριμένοι, inquit Bud., dicuntur Qui causam dixerunt, Qui accusati sunt: Ἄκριτοι, qui non dixerunt. Dem. Οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς κεκριμένοις καὶ ἠγωνισμένοις ὁ νόμος, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἀ., Thuc. (2, 67.) Ἀκρίτους ἀπέκτειναν αὐθημερὸν, Indicta causa damnarunt eod. die. Ἄ. πρᾶγμα, Isocr. Ægin. (1.) Res, quæ in controversiam non cadit, Quæ nunquam in judicium deducta fuit: Ἀ. μὲν γὰρ ὄντος τοῦ πράγματος, οὐκ ἂν κ. τ. λ. Si B nunquam res controversa fuisset. Ἄκριτον etiam dicitur Quod componi vel decerni non potest: quia κρίνεσθαι Prælio decernere signif. Dem. (231.) Ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ τούτοις—ἔρις καὶ ταραχή. Hactenus Bud. Notandum est autem, ἄκριτος in hac postrema signif. quam ponit, a Poëtis usurpari; nam quod ἔρις ἄ. dicitur a Dem., νεῖκος ἄ. ex Hom. dicere possumus. Sic enim Il. Ξ. (205.) καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω, Lites vel Jurgia, quæ componi non possunt. Sic Hesiod. (Ἀ. 311.) ἄκριτον εἶχον ἄεθλον, ubi quidam Certamen anceps interpr.: ut et ἄκριτοι μάχαι, Ancipites pugnæ. Quæ exp. conveniat fortasse et Plut. Alcibiade (16.) Οὕτως ἄ. ἦν ἡ δόξα περὶ αὐτοῦ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνωμαλίαν. Polyb. 16, (4, 3.) Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ δεξιὸν κέρας τοῦ Φιλίππου τοιαύτην εἶχε τὴν διάθεσιν, ὥστ' ἀκμὴν ἄκριτα μένειν τὰ ὅλα, Et sic gerebantur ea, quæ ad dextrum cornu Philippi erant, ut neutram in partem inclinata esset victoria, Bayf. ||Ἄκριτον, Indiscretum, Confusum, Indistinctum, ἀδιάκριτον: πλῆθος, Confusa multitudo. Sic ἄ. μῦθοι, C Il. B. (796.): unde comp. ἀκριτόμυθος: de quo paulo post dicetur. Od. Θ. (505.) τοὶ δ' ἄκριτα πόλλ' ἀγόρευον. At Il. H. (336.) ἄκριτος τύμβος, Sepulcrum non segregatum alicui, ut illi proprium. ||Ἄκριτα, Confusa præ multitudine, Tam multa ut discerni non possint, eod. modo, ut opinor, quo Lat. Turbam pro Multitudine dicunt, ut ἄχεα ἄκριτα, Il. Γ. (412.) Ω. (91.) Gaudent autem hoc nomine in hac signif. et recentiores Poëtæ. Opp. Ἁ. 1, Μυρία μὲν δὴ φῦλα καὶ ἄκριτα βένθεσι πόντου Ἐμφέρεται πλώοντα, Dionys. P. init. Καὶ ποταμοὺς, πολιάς τε, καὶ ἀνδρῶν ἄκριτα φῦλα. || Bud. ultra eas signiff., quas paulo ante ex eo retuli, ait significare etiam Immodicum, et sine judicio ac ratione factum. Citat autem pro exemplo Herodian. (2, 7, 3.) Ἀλλὰ πάντα προεκένωτο τῇ Κομμόδου ἀσωτείᾳ καὶ ἀφειδέσι καὶ ἀ. ἀναλώμασι. Unde, inquit, illud Homericum, Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε. NAM Ἀκριτόμυθος exp. Verba sine judicio funditans et sine delectu, Confusa verba funditans, Nullo ordine et nullo delectu verba faciens. Siquidem ἄκριτοι D μῦθοι ap. Hom. possunt esse Verba confusa et nullo ordine prolata; Verba sine judicio et ullo delectu prolata. Il. B. (246.) Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε. A Suida ἀκριτόμυθος exp. simpliciter πολυλόγος, Multiloquus; juxta eam sc. signif. nominis ἄκριτος, quam postremo loco retulimus. Atque ita tale fuerit, QUALE Ἀκριτόφυλλος, ὁ, ἡ, Plurima folia habens, Foliis abundans, Il. B. (868.) ὄρος ἀκριτόφυλλον, q. d. Mons, cujus folia discerni alia ab aliis non possunt, præ multitudine sc. Intellige autem per consequens Mons umbrosus. AT Ἀκριτόφωνος, Indistinctam et confusam vocem habens. Ἀκριτόφωνοι, Hes. βαρβαρόφωνοι, Barbara voce utentes; confusa est enim vox barbarorum. [" Ἄκριτος, Phryn. Ecl. 154. Luzac. Socr. 120. Jacobs. Anim. 278. Anth. 7, 228. 355. 8, 89. 130. 9, 221. 249. 10, 167. 369. 11, 148. 12, 41. Huschk. Anal. 107. Wakef. S. Cr. 4, 100. Diod. S. 2, 542. Heyn. Hom. 4, 402. 5, 365. 382. 6, 566. Ruhnk. Ep. Cr. 93. Clark. ad Il. B. 43. Alberti Peric. Cr. 103. Wessel. Diss. Herod. 12. Toup. Opusc. 2, 94. Emendd. 1, 408. Valck. Diatr.

39. ad Lucian. 1, 179. 465. Græv. Lectt. Hes. 612. Judicio non valens, Plut. Mor. 1, 627. ad Phalar. 207. Ἀκριτόμυθος, Toup. Opusc. 1, 435. Jacobs. Anth, 11, 148. Heyn. Hom. 4, 236. 242. 402. Ἀκριτόφυλλος, Jacobs. l. c. Heyn. Hom. 4, 402. 436. Ἀκριτόφωνος, 434. Toll. ad Apollon. Lex., Excurs. III." Schæf. Mss. * Ἀκριτόφυρτος, Æsch. S. c. Th. 366.] Ἀκρίτως, Injudicate, Injudicato: quanquam neutrum satis receptum est. Dicunt autem Græci ἄκριτον, vel ἀκρίτους s. adverbialiter ἀκρίτως ἀποκτείνειν, quod Lat. Indicta causa damnare, Isocr. Panath. Ἔξεστι τοῖς Ἐφόροις ἀκρίτως ἀποκτεῖναι τοσούτους. || Nullo cum judicio, Sine delectu, μετ' ἀκρισίας. || Indiscrete, Confuse, Nullo discrimine. [Thuc. 7, 71. "Jacobs. Anth. 8, 90. ad Lucian. 1, 429." Schæf. Mss.] Ἀκριτὶ, adv. alia forma, i. valens q. ἀκρίτως, ἄνευ κρίσεως, Suid. [* Αὐτόκριτος, Artemid. 4, 72.] Δύσκριτος, Judicatu difficilis aut dijudicatu, Disceptatu difficilis, Cujus difficilis est disceptatio, Plut. (7, 626.) Ἀνεβόησεν, ἰοὺ ἰοὺ, δ. πρᾶγμα καὶ ζητήσεως δεόμενον πολλῆς, ἥκετε κομίζοντες ἡμῖν. ["Ad Timæi Lex. 204." Schæf. Mss.] Δυσκρίτως, Ita ut non facile sit judicare s. dijudicare, facilis sit disceptatio, Aristoph. (B. 1433.) δ. ἔχω, Ancipitis sum judicii. ["Valck. Hipp. p. 205. ad Il. Ω. 44." Schæf. Mss. * Εὔκριτος, Æsch. Suppl. 402. Hippocr. 1243. *Κακόκριτος, i. q. δύσκριτος, Galen. in Aphor. 3, 8. 4, 29. * Πολύκριτος, Orph. H. in Pana 18.]

[* "Κριδὸν, Heyn. Hom. 6, 292." Schæf. Mss. "Ad Hesych. 2, 347, 6." Dahler. Mss. Tryphiod. 224. leg. ἐκκριδόν.]

Ἀνακρίνω, Interrogo, Percontor, Sciscitor, Dem. (1065.) Εἰ γάρ τις ἀνακρίνοι, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὑτοσὶ τίς ἐστὶ, Si quis roget quis iste sit, Plut. Romulo (7.) Ἀνέκρινεν ὅς τις εἴη, Xen. (K. Π. 1, 6, 12.) Ἀνέκρινας αὖ σὺ καὶ τόδε. Sic et alibi ap. eum ἐπέρομαι et ἀνακρίνω in ead. signif.: ἀνακρίνω σε, quod et ἐπανακρίνω, Percontor te et causam sententiæ tuæ rogo. Bud. Sed proprie existimo signif. Diligenter interrogo, Examino, Diligenter inquiro, ἐξετάζω: unde sæpe judicibus tribuitur, aut inquirentibus alicujus rei veritatem judiciali quodam more. Quod Lat., inquit Bud., Quærere dicunt, et Quæstionem habere, quod etiam Inquirere dicitur, id Gr. vocant ἀνακρίνειν: et ἀνάκρισιν, ipsam Quæstionem, reorumque interrogationem: sive id per tormenta fiat, s. sine tormentis. Dem. (1175.) Καὶ μετὰ ταῦθ' ὁ ἄρχων ἀνέκρινε πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἀμφισβητοῦσι, καὶ ἀνακρίνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον. Luc. 23, (14.) Ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, exp. Quæstione habita coram vobis. || Exploro, Perpendo, Æstimo, Examino, 1 ad Cor. (4, 4.) Ὁ δὲ ἀνακρίνων με Κύριός ἐστιν. Chrys. alicubi ap. eum exp. ἐλέγχειν, alicubi ἐξετάζειν, ἀναπυνθάνεσθαι, Bud. Comm. 35. Thuc. (1, 95.) Μετεπέμποντο Παυσανίαν ἀνακρινοῦντες ὧν πέρι ἐπυνθάνοντο, Examinaturi. In Isocr. (ad Nic. 14.) Τὰ σπουδαῖα τῶν πραγμάτων ταῖς ἡδοναῖς ἀνακρίνειν, sunt qui ἀνακρίνειν exp. Æstimare, Metiri: ut dicat Isocr. Res serias voluptatibus metiri, Æstimare voluptatibus s. e voluptatibus. Annotarunt quidam Gramm. ἀνακρίνειν esse Atticum verbum, et signif. ἀναπυνθάνεσθαι et ἀνερωτᾶν: item ἐξετάζειν et βασανίζειν, quod et κρίνειν dicitur. || Ἀνακρίνομαι, Interrogor, Quæstio habetur de me, Plut. de Augusto loquens, Γράψας νόμον πῶς δεῖ ἀνακρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γενομένους. Dicitur et ἀνακρίνεσθαι περί τινος. Plut. Probl. Hell. Βασανίζεσθαι δι' ἐνιαυτοῦ, περὶ ἑκάστου τῶν κεκοινωνηκότων ἀνακρινόμενον, Dem. c. Mid. Καὶ γὰρ οὐδ' ἀνεκρίνετο ταύτην τὴν γραφὴν ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος, Neque enim ille calumniator ad diem affuit percontationis solemnis, ut rogaretur a magistratu, Bud. Dicitur vero non solum persona ἀνακρίνεσθαι, sed et res ipsa, πρὸς Νικόστρατον (1252.) Ἀνακεκριμένου γὰρ ἤδη μου κατ' αὐτοῦ τὴν τῆς ψευδοκλητείας γραφὴν, Cum jam judicium mihi falsæ renuntiationis in ipsum constitutum esset, et percontationes factæ essent quæ ante judicii ingressum solemnes sunt, Bud. || Ἀνακρίνεσθαι dicitur τὸ πρᾶγμα ab eod. Dem. pro Cor. i. e. ἐξετάζεσθαι, Perpendi, Examinari. ["Stanl. Eum. 585. Jacobs. Anth. 11,

λαιμότμητον—κάρα Γοργοῦς. [Aristoph. Θ. 1054. A :" Musgr. El. 459. Porson, Hec. (210.) p. 16. Ed. 2." Schæf. Mss.] Λαιμότομος, ὁ, ἡ, idem, Eur. Hec. (209.) Μόσχον δειλαία δειλαίαν Εἰσόψει χειρὸς ἀναρπασταν Σᾶς ἄπο, λαιμότομόν τ' Ἀΐδᾳ Γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον. Nam ibi divisim quidam liber Ms. habet ἀπὸ λαιμότομον: sed cum præp. casui postponatur, accentus retrahendus est. At vulg. Edd. scriptum habent ἀπολαιμότομον una voce. Ceterum pro illo λαιμότμητον κάρα, alibi (Iph. A. 776.) dicit Eur. λαιμότομον κεφαλήν. Quod si una voce SCRIBATUR Ἀπολαιμότομος, vacabit præp. ἀπὸ, et jungenda erit cum τομος a τέμνω, q. d. ὁ ἀπότομος τὸν λαιμόν. Cum vero accentus in penult. transfertur, tunc active capitur, et EST λαιμοτόμος s. Ἀπολαιμοτόμος, Jugulum abscindens. [" Λαιμότομος, Steinbr. Mus. Tur. 1, 171. Porson. ad Hec. 210. ad Charit. 341. Λαιμοτόμος, Toup. Opusc. 1, 463. Musgr. Cycl. 240. El. 459. Ariston 1. Λαιμότομος,——τόμος, Brunck. ad Eur. Hec. 207. Musgr. et Beck. ibid. Markl. Iph. p. 106. Musgr. Iph. T. 445." Schæf. B Mss.] Λαιμοτομέω, Jugulum incido, Jugulo, Apoll. Rh. 2, (840.) λαιμοτόμησαν μῆλα, Plut. Othone (2.) de Tigellino, Ἐλαιμοτόμησεν ἑαυτὸν, Strabo 7. Ἡ δὲ ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος, ἐλαιμοτόμει ἕκαστον τῶν αἰχμαλώτων. [" Const. Manass. Chron. p. 86." Boiss. Mss. * Λαιμοτόμητος, Porson. ad Hec. 210.: ".Brunckius e membr. σᾶς ἄπο, λαιμοτόμητόν τ', quod vereor ut sit Græcum, certe conflatum est e duabus lectionibus ab hæsitante librario, λαιμότομον et λαιμότμητον.'] Ἀπολαιμοτομέω, pro λαιμοτομέω, ut ἀπολαιμότομος pro λαιμότομος, citatur ex Eur. Hec. exponiturque ἀποτέμνω τὸν λαιμόν. [* Διαλαιμοτομέω, Mnesimachus Athenæi 403.] Λαιμητόμους κεφαλὰς, Eur. (Iph. A. 776.) Capita, quibus juguli incisi sunt, jugulis incisis amputata. AT λαιμητόμος active pro Jugulum incidens: ξίφη, Epigr. [Philippi 13. * Λαιμαγχία, Cæl. Aur. Tard. 1, 5. perperam pro λιμ.] Λαίμαργος, Gulosus, Gulæ deditus, Vorax: λύκοι, Epigr. Hesychio est φάγος, ἄπληστος, ἐπὶ τοῦ φαγεῖν μανιώδης. [" Ruhnk. Ep. Cr. 87." Schæf. Mss. C * " Λαιμαργέω, Schol. Aristoph. N. 1201." Boiss. Mss. Porphyr. Abst. 1, 53. p. 90.] Λαιμαργία, Gulositas, Ingluvies, Voracitas: λ. ἡ περὶ τὴν τροφὴν, Vorandi aviditas, Gulæ insatiata libido. Item e Plat. de LL. λ. τῶν ἡδονῶν. Ead. autem subest huic nomini signif. Insaniæ, quæ in Γαστρίμαργος declarata fuit supra. [Plut. 6, 485. 10, 21. " Ad Timæi Lex. 183." Schæf. Mss. * " Λαιμαργότης, Voracitas, Philo J. 1, 686. * Λαιμάργως, Etym. M." Wakef. Mss. * Ἐπιλαιμαργέω, Clem. Alex. 63, 19. Pæd. 2. p. 171.]

[* Λαιμίζω, Lycophr. 326. * " Ἀπολαιμίζω, Nicet. Annal. 14, 2." Kall. Mss. * " Ὑπολαιμίζω, Zonaras Lex." Dahler. Mss.]

Λαιμάσσω, Insatiabili gulæ aviditate deglutio, ἀμέτρως ἐσθίω, Suid. [Aristoph. Ἐκκλ. 1178.] Pro eod. dicitur ETIAM Λαιμάω ET Λαιμάζω. Hes. enim λαιμάζουσιν, ἐσθίουσιν ἀμέτρως: λαιμᾶν, ἐσθίειν ἀμέτρως: λαιμάζειν exp. similiter ut λαιμᾶν. [" Ruhnk. Ep. Cr. 87." Schæf. Mss.] Λαιμώσσω, Gulæ ingerere et ab- D ligurire cupio; Famelicus sum, πεινάω, ut Nicandri Schol. exp. afferens h. Hippocr. l. Λαιμώσσει δέ σου τὸ χεῖλος ὡς Ἡρώδου. Sed et ap. Nicandr. Θ. 470. de cenchrena serpente, Οὔρεα μαιμώσσων ἐπινίσσεται ὀκρυόεντα, pro μαιμώσσων in quibusdam libris reperiri λαιμώσσων annotat. [" Schneid. ad Oppian. p. 431." Schæf. Mss. * Καταλαιμόω, Gl. Degulo.]

[* " Λαιμία, Gulositas, Horapoll. 148." Wakef. Mss.] AT VERO Λαῖμα Aristoph. Schol. et Suid. a λαιμὸς παραπεποιῆσθαι scribunt, atque adeo Euphronius in Aristoph. Ὄρν. (1559.) Σφάγι' ἔχων κάμηλον, Ἀμνόν τιν', ἧς λαιμοὺς τεμὼν Ὡς Ὀδυσσεὺς, πάλιν ἔβη· Κᾆτ' ἀν Πῆλθεν αὐτῷ κάτωθεν, Πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς, exp. λαιμὸν, cum præcedat λαιμοὺς τεμών: alii autem αἷμα, afferentes e Menandro, Καὶ λαῖμα [λαιμὰ, Bentl.] βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα: quidam tamen ibi δέρμα scripserunt, quorum sententia improbatur. Nonnulli vero λαῖμα exposuerunt ὅρμημα, additque ibi Schol. suo quoque tempore quosdam Asiaticos λαῖμα dixisse ἐπὶ τῶν ἀναιδῶν καὶ εὐτόλμων, idque magis convenire cum loco Menandri. [Phot. Λαῖμα· ἀπὸ τοῦ λαιμᾶν εἴρηται τὸ * βρένθυμα. Λαῖμα Suidæ est etiam ἱερὸν θῦμα, quocum conferri potest v.] " Λαῖγμα, Hesychio " περικεφαλαίας κόσμος. Mox tamen λαίγματα esse " dicit πέμματα, σπέρματα, ἱερὰ ἀπάργματα."

[* " Λάμος, unde Lat. Lama, i. e. Vorago, Schol. Horat. Epist. 1, 13, 10. Inde forsan * Λαμεὼν, ὁ, Herodianus Bastii ad Greg. Cor. 225.]

" ΛΑΙΟΣ, Sinister, Lævus: idem ac ἀριστερός. He- " rodian. (4, 2, 5.) Ἐν τῷ λαιῷ μέρει, A sinistra. He- " sychio est non solum ἀριστερὸς, sed etiam λαός: " quod poëticum fuerit." [" Phryn. Ecl. 110. Thom. M. 795. Markl. Suppl. p. 165. Jacobs. Anim. 304. Anth. 9, 355. Λαιὰ χείρ, Epigr. adesp. 708." Schæf. Mss. * Λαιόπους, Sinistripes, Inc. Gen. 30, 75. vox suspecta, vide Schleusn. Lex. V. T.] " Ἀμφίλαιος " affertur pro Utraque manu lævus: quo sensu alibi " ἀμφαρίστερος."

" Λαίδιον, Hesychio ἀριστερὸν, Sinistrum, quod et " λαιόν."

" Λαιδρὸς, Eid. ἀριστερὸς, Sinister: item λαμυρὸς, " ἀναιδὴς, θρασὺς, Impudens, Procax, Audax, iti- " demque Scholiastæ Nicandri Θ. (689.) σκύλακας " γαλέης ἢ μητέρα λαιδρήν: Ἀ. (576.) γερύνων λαι- " δροὺς δαμάσαιο τοκῆας." [" Ruhnk. Ep. Cr. 88. Valck. Adoniaz. p. 327. ad Charit. 755. Jacobs. Anth. 7, 393. 9, 287. 12, 132." Schæf. Mss.]

" Λαισήϊον, Clypeolus, Parmula: volunt esse ἀσπί- " δίσκιον θυρεοειδὲς ἐκ λασίων βυρσῶν αἰγείων, unde " et nomen: vel ita κοῦφον ut etiam τῇ λαιᾷ com- " mode gestari queat et agitari. Il. E. (453.) et M. " (426.) Δήϊουν ἀλλήλων ἀμφὶ στήθεσσι βοείας Ἀσπί- " δας εὐκύκλους λαισήϊά τε πτερόεντα." [" Thom. M. 574. Jacobs. Anth. 6, 307. Heyn. Hom. 5, 92. 6, 346. 640. ad Herod. 547. ad Mœr. 251." Schæf. Mss.] " Λεσήϊα πτερόεντα, Hes. affert pro ἀσπι- " δίσκια τὰ κοῦφα: sed rectius per diphth. αι, λαισήϊα." " Λαισαινοφόρος, Hesychio ὁπλοφόρος. Forsan pro " λαισηϊοφόρος. AT Λαισὰς Eid. ἡ παχεῖα ἐξωμίς:" [et * Λαίσεα· μηλωτή.]

[* ΛΑΪΟΣ, Avis quædam, Aristot. H. A. 9, 19. Anton. Lib. 20. p. 124. Verh.]

" ΛΑΙΤΜΑ, exp. πέραμα, διάστημα, πλάτος, Tra- " jectus, Latitudo: s. Æquor. Od. E. (174.) σχεδίῃ " περάαν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Idem sine gen. " θαλάσσης, subaudito tamen, H. (35.) Νηυσὶ θοῇσι " τοίγε πεποιθότες ὠκείῃσι, Λαῖτμα μέγ' ἐκπερόωσι." [" Wakef. Phil. 954. Leon. T. 88. Jacobs. Anth. 10, 279. Præf. ad Bion. et Mosch. p. xxi. Toup. Add. in Theocr. 397. Gesner. Ind. Orph. Valck. Anim. ad Ammon. 2." Schæf. Mss. Mare, Apoll. Rh. 1, 1299. Quod ad deductionem h. v., Schneidero referenda videtur ad λαιμὸς, τὸ κύτος. In Scapulæ Lexico sub v. Τέμνω est quærenda, ubi hæc insuper notantur:—' Silenus in Glossis λαῖτμα Mare esse tradidit, itidemque Irenæus. Dictum est autem quasi λαίτμημα. Nam cum universum distributum esset in partes duas, terram et mare, λαιὸν τμῆμα vocabatur ἡ θάλασσα.' Subtiliora tamen hæc sunt, quam quæ pro compertis habeantur. In medio igitur rem relinquimus.]

" ΛΑΙΦΟΣ, τὸ, ET Λαίφη, ἡ, Vestis s. Vestimen- " tum: et quidem e tenui stamine: λεπτὸν ἱμάτιον, " ῥάκος. Vestis attrita et lacera. Od. N. (399.) ἀμφὶ " δὲ λαῖφος Ἕσσω ὅ κεν στυγέῃσιν ἰδὼν ἄνθρωπος ἔχοντα: " Υ. (205.) κἀκεῖνον οἴω Τοιάδε λαίφε' ἔχοντα κατ' ἀν- " θρώπους ἀλάλησθαι. Feminino genere ap. Suid. " διερὴν ἀπεσείσατο λαίφην: quod exp. χλαμύδα, " Chlamydem. || Neutrum λαῖφος significat non " solum ἱμάτιον, sed etiam ἄρμενον, ἱστίον, Velum. " Apud Plut. (6, 646.) Μέγα λαῖφος * ὑποστολίσας. " Sic Eur. Hec. (113.) Τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχε- " δίας Λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας: Or. (335.) Ἀνὰ " δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς Τινάξας δαίμων. Idem

"in Hec. (1072.) rursum dicit Λινόκροκον φάρος A στέλλων pro λαῖφος στέλλων, Velum contrahens. Apud Hes. reperio ET Λαίφια, ῥάκη, Panni laceri: pro quo forsan λαίφεα ipse scripsit." [" Λαίφη, Callim. 1, 528. Λαῖφος, Jacobs. Anth. 6, 279. 393. Automedon 11. Brunck. Apoll. Rh. 86. Ruhnk. Ep. Cr. 36. Ilgen. ad Hymn. 328. Musgr. Med. 524. Velum, Eur. Hec. 110. Musgr. ad v. 1081. Ἀνασπᾶν, κατερύειν λ., Apoll. Rh. 2, 924. 931." Schæf. Mss. * " Λέφος, τὸ, i. q. λαῖφος, Velum, Tzetz. Chil. 12, 416. 423." Elberling. Mss.]

" ΛΑΚΚΟΣ, ὁ, Fossa, Fovea, Plut. Polit. Præc. "Ἔτυχον ἐν ὁδῷ παῖδες ἐκ λάκκου τινὸς ἀστράγαλον ἐκκόπτοντες. In Psalmis Davidicis λάκκος et τάφος ponuntur pro Morte et periculo: quoniam foveæ et fossæ fiunt vel in insidiis vel in morte. Dicit igitur David. (Ps. 27, 1.) Ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Et rursum (39, 2.) Ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας. Attici, inquit Suid., et B ceteri Græci, ὀρύγματα ὑπὸ τὴν γῆν ποιοῦντες εὐρύχωρα καὶ στρογγύλα καὶ τετράγωνα, καὶ ταῦτα κονιῶντες, οἶνον ὑπεδέχοντο καὶ ἔλαιον εἰς αὐτὰ, καὶ ταῦτα λάκκους ἐκάλουν. Cic. dicit Cellam vinariam et olearium: Ulpianus Cellam vini et olei. Quidam et Cisternam interpr.: necnon Lacum" [et Lacunam] " Latinorum hinc esse volunt nonnulli." [" Herod. 4, 195. Ἐσχέουσι τὴν πίσσαν ἐς λάκκον ὀρωρυγμένον ἀγχοῦ τῆς λίμνης." Schw. Mss. " Ad Phalar. 268. Phryn. Ecl. 20. Wakef. S. Cr. 4, 10. ad Diod. S. 2, 351. Bast Lettre 123. Act. Traj. 1, 237. Toup. Add. in Theocr. 410. item Ind. ad hæc Add. v. Ἐπίλακκον, item Append. in Theocr. p. 11. ad Mœr. 105. ad Charit. 282. Thom. M. 157. ad Herod. 557." Schæf. Mss. Aristoph. Ἐκκλ. 155. Xen. K. Ἀ. 4, 2, 22. Demosth. 895. Jugulum, Hypatus de Part. Corp. Hum. 148. Σφαγὴ ὁ λάκκος τοῦ τραχήλου. Cf. Ἐπίλακκος.] " Λακκόπλουτος, E fossa ditatus, E cisterna dives factus. Callias Atheniensis a Comicis Λακκόπλουτος dicitur C διὰ τὸ περιτυχεῖν χρυσῷ εἰς φρέαρ βεβλημένῳ, inquit Hes. Sic Suid. scribit Xerxe Salaminio prælio fugato, fugientibusque iis qui Athenas tenebant Persis, famulos Persæ cujusdam qui domi Calliæ ἐστάθμευεν, πολὺν χρυσὸν ἐμβαλεῖν εἰς λάκκον, In puteum s. cisternam subterraneam: id aurum Calliam, barbaris reditus spe prærepta, invenisse, et supra modum locupletatum, Λακκόπλουτον inde dictum fuisse." [" Jacobs. Anth. 9, 454. Kuster. Aristoph. 191. Bergler. ad Alciphr. 34. ad Lucian. 1, 388." Schæf. Mss. Aristid. 2, 295. * Λακκοποιὸς, Gl. Lacunarius.] " Λακκόπρωκτος, Qui podicem habet latum et profundum in modum λάκκου: ap. Aristoph. N. (1330.) cui synonymum facit εὐρύπρωκτος." [" Pariter Cephisodorus Athenæi 689. ὦ λακκόπρωκτε. Inde * Λακκοπρωκτία, formavit Eupolis Comicus Athenæi 17." Schw. Mss. * Λακκόπυγος, s. * Λακόπυγος, Anal. 3. p. 159.] " Hes. ET Λακκοσκάπερδον dici scribit τὸν λακκόπρωκτον." [* Λακκοσκαπέρδαν, Phot.] " Apud Eund. reperio et alia D duo COMPOSITA, Λακκοσπέδα ET Λακκοσχέας. Is enim cum attulisset λακκοσπέδα τοῦ σκελετοῦ, subjungit, διαχαλασθέντος ὀσχέον, και τῶν διδύμων κρεμασθέντων, vocatur λακκοσπέδα: Λακκοσχέας autem, Euphronius τοὺς διὰ παντὸς καθειμένον ἔχοντας αὐτό: dici vero ὄσχεον s. ὀσχέαν, τὸ ἀγγεῖον ὅπου οἱ δίδυμοι ἐμβέβληνται: qua de re vide et quæ ex J. Poll. attuli, T. 2. c. 977. Utitur vero vocab. λακκοσχέας Lucian. (2, 334.) Μῶν ἐκεῖνον φὴς Δίωνα τὸν καταπύγωνα καὶ λακκοσχέαν;" [Λακκοσχέων, Photio μαλακῶν. " Jacobs. Anth. 11, 310." Schæf. Mss. * Ἐπίλακκος, Schol. Theocr. 3, 54. Βρόχθος λέγεται τὸ ἐπίλακκον μέρος, τὸ μετὰ τὸν τράχηλον ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦν, Pars illa concava, quæ collo subjacet, Jugulum. " Toup. Add. in Theocr. p. 410. et in Ind. ad hæc Add., item Add. ad Append. p. 11. * Ἐπίλακος, in Schol. p. 212. coll. Corrig. ad calcem Vol. 2., Warton., Thom. M. 157." Schæf. Mss. * Προλάκκιον, Aristot. de Part. Anim. 3, 14. * Λακκώδης, Geopon. 3, 3, 11.] " Præterea a λάκκος DERIV. Λακκαῖος, Cisterninus: ut λακκαῖον ὕδωρ, Aqua cisternina, Aqua e cisterna s. fossa subterranea. Anaxilas (Athenæi 124.) Ὕδατός τε λακκαίου παρ' ἐμοῦ τουτί γέ σοι Γένοιθ' ὑπάρχειν. Et rursum, Ἴσως τὸ λακκαῖον γε ὕδωρ ἀπόλωλεν. At τοῦ λάκκου vocabulo usus est Apollodorus Celous (Athenæi 125.) in hac signif., dicens, Ἀγωνιῶσα τόν τε τοῦ λάκκου κάδον Λύσασα καὶ τὸν τοῦ φρέατος, εὐτρεπεῖς Τὰς ἱμονιὰς πεποίηκας: aperte distinguens λάκκον et φρέαρ. Ita ut sit Cisterna, Fossa subterranea in qua colligitur aqua et asservatur: dicente Aristoph. quoque Ἐκκλ. (154.) Ἐν τοῖσι καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν Ὕδατος. Affertur et VERB. Λακκίζω pro Fodio: sed sine exemplo." [" Boiss. Philostr. 417." Schæf. Mss. * Λακκόω, Schleusn. Lex. V. T. * Λακκώμα, Phot. v. Λάκκος affert e Dem. c. Aphob. (845.) Τὰ λακκώματα ἀποσπάσας, sed perperam pro θυρώματα. * Ἐνλακκεύω, pro Monasterio concludo, e Nicetæ Annal. 8, 3. affert Schn. Lex. v. Ἐνσηκάζω. Λακκαῖοι, * Λακκαρεῖς, Gl. Laccarii: * Λακκάριος· Laccarius. * " Λάκκιος, ad Charit. 282. * Λάκκιον, ad Diod. S. 1, 644." Schæf. Mss.]

ΛΑΛΕΩ, Loquor, Lucill. Epigr. μὴ πάνυ πολλὰ λάλει, Ne loquare valde multa, Lucian. (2, 392.) Ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκούων. Plut. (8, 2.) Λαλοῦντι μὲν πρὸς τοὺς οὐκ ἀκούοντας, μὴ ἀκούοντι δὲ τῶν λαλούντων: Lyc. Ἡ πρὸς τὸ λαλεῖν ἀκρασία κενὸν λόγον ποιεῖ καὶ ἀνόητον. Rursum Lucian. (1, 542.) de Pythagoricis, Ἀφωνίῃ, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδὲν, ubi opp. ἀφωνία et λαλεῖν, ut Lat. Loqui et Tacere: (1, 866.) Ὁ λαλῶν ἑαυτῷ. Plus autem est λέγειν et διαλέγεσθαι: unde plerumque pro Temere et inconsiderate verba fundere ponitur, ac de ἀκριτομύθοις, ut Hom. appellat, dicitur: unde Eupolis ap. Plut. (Alcib. 13.) Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Sicut Sallust. de Catilina, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Item, Loquax magis quam facundus, Gell. 1, 15. Demetr. Phal. Ὁ γὰρ οὕτω διαλεγόμενος, ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι. Improprie autem Lucian. (2, 302.) Δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν: Tibull. digiti cum voce locuti. Et Simonides ap. Plut. Τὴν μὲν ζωγραφίαν, ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύει· τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν. Et voce ac signif. pass. ap. Synes. Ep. 125. Καλὸν γὰρ ἐν εἰρήνῃ λαλεῖσθαι ταῦτα, ὡς ἡμεῖς αὐτοὺς τρέφομέν τε καὶ σώζομεν, In pace dici ista. [" Vide La Mothe le Vayer Œuvr. T. 6. P. 2. p. 284. Valck. ad Il. 22. p. 84. T. H. ad Lucian. 1, 218. 327. Ammon. 44. 87. Valck. Anim. 229. De arbore, Villois. ad Long. 50. Diversum a λέγω, Ruhnk. Hist. Cr. Oratt. Gr. p. 39. Spalding. ad Quint. 4, 365. ad Diod. S. 1, 595. Brunck. Aristoph. 3, 117. Sic Loqui et Dicere, Cicero Brut. §. 212. Λ. τινὰ, Clamando excito, T. H. ad Plutum p. 252. Medium pro act. non usurpatur, Valck. Oratt. 326. De pass., 327. Xen. Eph. 15. Λελάληκα, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 262." Schæf. Mss.] " Λάμμενον, Hes. λαλοῦντα: nisi forte λάλμενον." " Λαλητέος, Dicendus, Prædicandus, Epigr." [Thom. M. 566.] Λάλημα, Sermo, Loquacitas, ex Eur. (Andr. 937.) Dicitur etiam de Homine loquaci et garrulo, ut κρόταλον, Soph. Ant. (320.) Οἴ μ' ὡς λάλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ, i. e. περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς, πανοῦργος, Schol. [" Brunck. Antig. 320. 756. Musgr. Andr. 938." Schæf. Mss. * " Λάλησις, Bekk. Anecd. 438." Boiss. Mss. " Ad Hesych. 1, 1619, 4." Dahler. Mss.] Λαλητὸς, active, pro Loquendi facultatem habens, Qui loqui potest: ζῶον, Eust. i. e. λαλοῦν, de homine. Pro quo et λαλητικός. Ἀλάλητος, ὁ, ἡ, Ineffabilis, Qui loquendo aut etiam dicendo exprimi non potest, Ep. ad Rom. 8, (26.) Αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, Ipse Spiritus interpellat pro nobis suspiriis inenarrabilibus. [Vide Schleusn. Lex. N. T. " Jacobs. Anim. 118. Anth. 8, 225. Huschk. Anal. 150. Brunck ad Poët. Gnom. 288." Schæf. Mss. * " Ἀλαλήτως, Amphil. 73. Athan. 1, 814. 2, 255. 569. * Αὐτολάλητος,

Timon Diogenis L. 9, 71." Boiss. Mss. * Ὁμολάλητος, vide Ἀλαλητός.] Λαλητικὸς, Loquax, Garrulus, ex Aristoph. (Ἱππ. 1381.) Vim habens loquendi, ut homo, Bud. e Damasc. Λαλητρὶς, ίδος, ἡ, Garrula, Loquax, Epigr. [" Jacobs. Anth. 11, 58." Schæf. Mss.] Λάληθρος, Garrulus, Loquax, Epigr. λάληθρον θῆλυ γένος, Garrulum genus femineum, VV. LL.: λάληθρον, λάλον, Hes. [" Epigr. adesp. 33. ad Lucian. 2, 298." Schæf. Mss.]

[* Ἀντιλαλέω, Gl. Obloquor, Symm. Ps. 138, 20.] Ἀπολαλέω, Effutio, Lucian. (1, 60.) Ἐν ᾧ (δείπνῳ) πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, πόσα δὲ ὧν οὐκ ἐχρῆν ἀπολαλήσαντες, ἢ μεμφόμενοι τὸ τελευταῖον, ἢ δυσφοροῦντες ἀπίασιν; J. Poll. Ἀπειπεῖν, ἀπαγορεῦσαι, Ἰσαῖος δὲ ἀπειρηκὼς ἔφη, οἷον ἀπολελάληκώς. Διαλαλέω, Divulgo, Loquor, Confabulor, VV. LL. [Eur. Cycl. 174. " Ad Charit. 84. 504. Diod. S. 2, 497." Schæf. Mss. " Appian. B. C. 2, 725. Moschop. π. Σχ. 184." Boiss. Mss. * " Διαλάλησις, Colloquium, Schol. Pind. Ὀ. 7, 17. * Διαλαλία, Etym. M. 818, 28." Wakef. Mss. " Anna C. 234. Jo. Malal. 2, 102." Elberling. Mss. " Bondam. Specim. Animadv. 33. Toup. Opusc. 1, 579. 2, 302." Schæf. Mss. " Bandini Catal. Mss. Medic. 189-90." Boiss. Mss. Διαλαλιά (sic,) Gl. Interlocutio, Denunciatio.] Ἐκλαλέω, Eloquor, Loquendo effero. Et in malam partem, Effutio, Evulgo, Deblatero. Philo V. M. 1. Ὥσπερ μεγανισταμένου τοῦ λογισμοῦ τὰ ὑποβαλλόμενα ἐξελάλει, Eloquebatur, Turn.: Dem. (16.) Τῶν ἀτοπωτάτων μέν τ' ἂν εἴη, εἰ ἃ νῦν, ἄνοιαν ὀφλισκάνων, ὅμως ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνηθεὶς μὴ πράξει. [" Wakef. S. Cr. 4, 6. Bergler. Alciphr. 183." Schæf. Mss. * Ἐκλάλησις, Gl. Eloquium, Greg. Naz. 2, 27.] Ἀνεκλάλητος, ὁ, ἡ, Qui loquendo efferri non potest, Ineffabilis, i. q. ἀλάλητος, [" Greg. Naz. Ep. 230. p. 915. νοῦν." Strong. Mss. * Ἀνεκλαλήτως, Athan. 1, 814. 2, 396. " Nicet. Eugen. 6, 525. * Δυσεκλάλητος, Dionys. H. 6, 179. Oratt. Gr. Reisk." Boiss. Mss. * Συνεκλαλέω, Eust. Il. Θ. p. 621. * Ἐπιλαλέω, Schol. Aristoph. Θ. 39. Symm. Ps. 122, 4. Dan. 8, 13.] Καταλαλέω, Deblatero, Denarro, Prodo, Bud. || Obloquor, Polyb. 3, (90, 6.) p. 57. Τὸν μὲν Φάβιον κατελάλει πρὸς πάντας ὡς ἀγεννῶς χρώμενον τοῖς πράγμασι, Bud. Item ap. Suid. Μὴ καταλάλει τὸν γειτνιῶντα. Idem Lat. Traducere dicunt, et Detrahere alicui. Diversa autem constr. 1 Petr. 2, (12.) Καταλαλοῦσιν ὑμῶν, Jacobi 4, (11.) Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί. || Loquacitate obruo, Vinco et obruo sermone, unde καταλελαλημένος, Loquacitate obrutus, ut καταβεβοημένος et κατεγλωττισμένος, Bud. [" Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 12. Toup. Opusc. 2, 230. ad Diod. S. 1, 438. Thom. M. 566. * Καταλαλητέος, ibid." Schæf. Mss.] Προσκαταλαλέω, Objurgo, Bud. Exp. etiam Loquacitate obruo, obstrepo et obtundo, Schol. Aristoph. (Argum. Nub.) Πληγὰς λαβὼν βοὴν ἵστησι, καὶ προσκαταλαλούμενος ὑπὸ τοῦ παιδὸς, Loquacitate vexatus, Insuper a loquaci puero increpitus, Loquacitate obrutus, Bud. Παραλαλέω, Nugor, Obloquor, VV. LL. At Gall. Parler, Loqui. [Menander Athenæi T. 1. p. 277. Schw. Εἶτα τήθη παραλαλεῖ τις, Tum avia quædam nugatur. " Med., Dionys. H. 4, 2058." Schæf. Mss. * " Ἀντιπαραλαλέω, Theodoret. Quæst. 20. in Gen." Kall. Mss.] Περιλαλέω, Garritu circumstrepo, Greg. de avibus, Καταφωνεῖ τὸ ἄλσος καὶ περιλαλεῖ τὸν ἄνθρωπον. Plerumque in malam partem, pro φλυαρῶ, περιττολογῶ, Blatero, Inaniter loquor. Aristoph. Ἐκκλ. (230.) Μὴ περιλαλῶμεν, μηδὲ πυνθανώμεθα, Ne garriamus. Gal. Ἀρχιγένους οὐ διδάξαντος, ἀλλὰ περιλαλήσαντος τὰ πλεῖστα κατὰ τὸ περὶ Σφυγμῶν σύγγραμμα. Et in pass. e Greg. Naz. περιλαλεῖσθαι, Loquacitate undique obtundi. [" Περιλαλῆσαι τὰ κατὰ τὸν τόπον, Origen. in Matth. 14, 5." Routh. Mss. " Cattier. Gazoph. 86." Schæf. Mss. * Περιλάλημα, Schol. Aristoph. Θ. 138. * " Περιλαλητὴς, Kuster. Aristoph. 193. * Περιλάλητος, ὁ, ἡ, Valck. Anim. ad Ammon. 65. Diatr. 14. Aristoph. Fr. 256." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 43. 102. Aristoph. ap. Diog. L. 2, 18." Boiss. Mss.] Ἀπεριλάλητος, Quem

A verbis non facile compescas, Qui garritu circumstrepente obtundi nequit, Locutuleius, Blatero, Aristoph. B. (837.) de Æschylo, αὐθαδόστομον, Ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα, Ἀπεριλάλητον, κομποφακελοῤῥήμονα. Q. l. Gell. 1, 15. citans, dicit his verbis denotari loquacitatem verborumque turbam magnitudine inani vastam. Sed perperam ibi scribitur περιλάλητον, sicut ET Περιλάλητον στόμα perperam in VV. LL. ex hoc ipso loco, Os futile. [* Προλαλέω, Gl. Præloquor, Proloquor, Præfor, Eust. Od. A. p. 8. " Garrio, Toup. Append. in Theocr. p. 25. ad Charit. 348. Aristoph. Fr. 289." Schæf. Mss.] Προσλαλέω, Alloquor, Colloquor, ut προσδιαλέγομαι, Lucian. (1, 57.) Αὐτῇ φιλοσοφίᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ ἀληθείᾳ προσλαλῶ. Et alibi itidem. Sic Sapient. 13, (17.) Οὐκ αἰσχύνεται τῷ ἀψύχῳ προσλαλῶν, i. e. εἰκόνι, Bud. Et Act. 28, (20.) Ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι. [Athen. 408. " Jacobs. Anim. 222. Abresch. Lectt. Aristæn. 90. Valck. Hipp. p. 183." Schæf. Mss. * " Ἀντιπροσλαλέω, Theoph. Bulg. Ep.
B 1." Boiss. Mss.] Συλλαλέω, Colloquor, Marc. 9, (4.) Συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ, Luc. 4, (36.) Συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, Matth. 17, (3.) Μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες. Sic Act. 25, (12.) Συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου. Et in pass. Συλλαλούμενοί καὶ συνακουόμενοι, Greg. 253. De quibus simul erat sermo, Bud. [Dionys. H. 10. p. 637. Polyb. 1, 43, 1. 4, 22, 8. * Συλλαλία, Gl. Colloquium. * Ὑπερλαλέω, Eust. Il. p. 2, 3. 771, 2. Philostr. Epist. 1, 10.] Ὑπολαλέω, Submurmuro, Mussito, " Obloquor," ψιθυρίζω, Hes. [" Eust. 91, 17." Seager. Mss.]

Λάλος, ὁ, ἡ, Qui loquitur, Vocalis, Lucian. (1, 543.) Ἐγὼ γὰρ λάλος, οὐκ ἀνδριὰς εἶναι βούλομαι, ad Pythagoram, qui indicebat suis discipulis ἀφωνίην καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν. Interdum Loquax, Loquaculus, Locutuleius, Blatero, Linguax, de homine stulta et immodica blaterante, et cujus lingua tam prodiga infrænisque est, ut fluat semper et æstuet colluvione verborum teterrima, quemadmodum Gell. 1, 15. interpr. Plut. (8, 461.) de amore,
C A. ποιεῖ τὸν σιωπηλόν: (8, 181.) Σώφρονας τοὺς πολίτας καὶ φιλεργοὺς ἐκ πολυγέλων καὶ λάλων κατασκευάσαντες. Et Athen. (449.) de podice, Οὗτος γὰρ αὐτός ἐστιν ἄγλωττος λάλος, Elinguis blatero. Alicubi autem Loquax, Garrulus. Epigr. λάλον γῆρας, Cic. Loquax senectus. In Iisd. λάλος ἠχὼ, et λάλος σειρήν. Item Plut. (8, 877.) de ære, Εὔφωνος καὶ λάλος: Mart. Garrula sistra. Et Lucian. (2, 298.) de Argo nave, Τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν: nam fatidica erat ea ratis, ut Val. Flacc. testatur. Rursum Plut. (6, 332.) Ἡ φιλία τανῦν ἰσχνόφωνος γέγονεν ἐν τῷ παῤῥησιάζεσθαι, καὶ τὸ κολακεῦον αὐτῆς λ. ἐστι, τὸ δὲ νουθετοῦν, ἄναυδον. At τὸ λ., Loquacitas, Plut. [" Jacobs. Anth. 6, 54. 99. 128. 11, 195. 222. 9, 47. Anim. 273. Thom. M. 565. ad Charit. 518. 529. 565. Gesner. Ind. Orph. v. Ἀργὼ, Valck. Adoniaz. p. 379. Toup. Opusc. 1, 291. Emendd. 2, 62. Conf. c. ἄλλος, ad Lucian. 1, 490. ad Xen. Mem. 1, 2, 27. ad Diod. S. 2, 304.; cum κακὸς, Brunck. Lectt. ad Anal. 139. A. ὕδωρ, Anacreon 13, 7. Λαλίστερος,
D Valck. Adoniaz. p. 378. Λαλίστατος, Ruhnk. Ep. Cr. 135." Schæf. Mss. * Λαλοβαρυπαραμελορυθμοβάτης, exp. Garrulus, importunus, cantici rhythmum prætergrediens, Pratinas ap. Athen. 617. κάλαμος. * Λαλοκαικαραρατογύναιξ, Aristoph. Θ. 1097.] Ἀείλαλος, ὁ, ἡ, Semper loquens. Exp. et Semper loquax, [" Meleager 95." Schæf. Mss.] Ἄλαλος, Qui fari s. loqui non potest, Infans, Mutus, Plut. (7, 723.) Δίκην νεὼς ἐπειγομένης, ἀλάλου καὶ κακοῦ πνεύματος οὖσα πλήρης, Mutuo et improbo spiritu abundans: de quodam afflatu fanatico loquens. Marc. 9, 25. Πνεῦμα ἄλαλον καὶ κωφόν: 7, (37.) Τοὺς ἀλάλους λαλεῖν. Alex. Aphr. Οἱ ἐκ γενετῆς κωφοὶ καὶ ἄ., Surdi et muti. [" Jacobs. Anth. 10, 52. Pierson. Veris. 170. Wakef. S. Cr. 2, 79." Schæf. Mss.] Ἀλαλία, Infantia, h. e. Cum quis mutus est et fari non potest. Exp. etiam πονηρία, ἀταξία, qua signif. e Soph. (ἐπὶ Ταινάρῳ Σατ.) affertur [ab Hes. " Toup. Opusc. 2, 102." Schæf. Mss. * Ἀλαλέομαι, Mutus sum, Aqu. Ps. 38, 3.] Ἀμφίλαλος, Circumquaque loquax,

Passim loquax, VV. LL. ex Aristoph. (B. 679.) citantia χείλεσιν ἀμφιλάλοις pro Inepte loquentibus. [* "Ἐξαλλαλαλέω, verbum fictitium, quod notat Magnifica, Superba loquor. Dan. 11, 36. sec. Chis. Ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐξαλλαλαλήσει: ubi Theod. λαλεῖν ὑπέρογκα habet. Fortasse scr. divisim ἔξαλλα λαλήσει." Schleusn. Lex. V. T.] Εὔλαλος, Bene loquens, Facundus, Disertus, Loquaculus, Epigr. Ἀρχαίη σύνδειπνε, καπηλικὰ, μέτρα φιλεῦσα, Εὔλαλε, πρηΰγελως, εὔστομε. [" Thom. M. 393. Huschk. Anal. 149. Jacobs. Anth. 8, 244. 9, 188. 288. 291. 11, 329. 12, 79. Gesner. Ind. Orph. v. Ἀργὼ, Toup. Opusc. 2, 244. * Εὐλαλία, Jacobs. Anim. 317." Schæf. Mss.] Κατάλαλος, Maledicus, Obtrectator, Oblocutor, Qui alicui obloquitur et ei detrahit, ad Rom. (1, 30.) Ψιθυριστὰς, κ., θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, Susurrones, obtrectatores. Καταλαλιὰ, Obtrectatio, 1 Petr. 2, (1.) Φθόνους καὶ πάσας καταλαλιὰς, 2 Cor. 12, (20.) A Suida exp. ἡ εἴς τινας ὑπό τινων βλασφημία, ap. Apost. [" Thom. M. 566. Toup. Opusc. 2, 303." Schæf. Mss.] At Καταλαλιῶν, καταλγύνεσθαι, λυπεῖσθαι, Hes. [* Μεγαλόλαλος, Gl. Magniloquax.] Μογιλάλος, Qui ægre et difficulter loquitur, Cui impedita lingua est, Balbus, Aët. 8, 38. de ancyloglossis, Οἱ τοιοῦτοι δὲ μόγις διαλέγονται, διὸ καὶ μ. ὑπό τινων προσαγορεύονται. Μογιλάλοι, inquit Gorr., Qui difficulter ex aliquo linguæ morbo loquuntur, ut ii, quibus ab ulcere et cicatrice dura sub lingua relicta incurvatur et impeditur libera vocis prolatio. Dicuntur et ἀγκυλόγλωσσοι: nisi quod Aët. μ. videtur intelligere Eos tantummodo, qui ex aliqua affectione impedite loquuntur; ἀγκυλογλώσσους vero, tum hos, tum illos, qui ex utero et a natura id vitii habent. [Marc. 7, 32. LXX. Es. 35, 6. Gl. Atubus, Μογγιλάλος, Μογιλάλος, Hœschel. ad Maximi Mystagog. p. 4, 10. Μογγιλάλος, Etym. M. v. Βατταρίζειν, Cf. Μογγός. Μογιλάλος, * Μογολάλος, i. q. ἰσχνόφωνος, Anecd. Bekkeri. * Μογγιλαλέω, Theod. Prodr. Epigr. 53.] Μογιλαλία, Difficultas loquendi, Linguæ hæsitantia. [* Ὀλιγολαλέω, Lobeck. Phryn. 627.] Ὀξυλάλος, Acute loquens, Aristoph. [B. 815. " Lobeck. Aj. p. 443." Schæf. Mss.] Περίλαλος, Loquax, Dicax, Futilis, Bud. [Schol. Aristoph. Ὄρν. 195.] Πλαστολάλος, Ficta et falsa loquens, Falsiloquus, i. q. πλαστολόγος. [Gl. Fandi fictor.] Πολύλαλος, Multum loquens, Loquax, Locutuleius, Loquaculus, Garrulus, [Suid. 1, 50. Schol. Soph. Ant. 330. Symm. Job. 12, 2. * Πολυλαλέω, Schol. Aristoph. Θ. 400. 1082. * Πολυλάλητος, Eust. Il. A. p. 805, 30. Schol. Soph. Phil. 191. Theophyl. 3, 732.] " Πρόλαλος, Præceps in loquendo: ὁ προαλὴς ἐν τῷ λέγειν, Suidæ, hoc afferenti exemplum, " Καὶ τοῦτον κατεσίγασαν τηνάλλως πρόλαλόν τε καὶ ἰταμὸν ὄντα. De Eo dicitur qui ante tempus loquitur, vel temere et antequam præmeditatus sit " quid sit dicendum." [Manetho 5, 337. "Toup. Append. in Theocr. p. 25. * Προλαλιὰ, * Προσλαλιὰ, (Gl. Affatus,) Thom. M. 565." Schæf. Mss. * Φιλόλαλος, Procl. Paraphr. Ptol. 3, 18. p. 225. Diog. L. 1, 92. * " Φιλολαλία, Liban. Declam. pro Socrate 222. Mor." Boiss. Mss.]

Λάλις, poët. pro λάλος, εὔγλωττος, VV. LL.

Λάλιος, Garrulus, Loquaculus, Loquax, Epigr. λαλίην ἑταίρην, Amicam facundam, VV. LL. [Meleager 85. 94. 127.]

Λαλίστερος, Loquacior, compar. irreg. a λάλος, Aristoph. B. (91.) Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα. Λαλίστατος, Loquacissimus, Eur. Cycl. (315.) Eust. dicit λαλίστερος videri παρειλκύσθαι ἐκ τοῦ λάλιστος: at λάλιστος esse pro λαλίστατος, ut κλέπτιστος pro κλεπτίστατος. [Lucian. 2, 705.]

Λαλόεις, Loquax, i. q. λάλος. [" Wakef. S. Cr. 2, 145. Even. 13." Schæf. Mss.]

Λαλιὰ, Loquela, Sermo. Apud Suid. Ἦν δὲ ὁ Ἀρκεσίλαος ἐν τῇ λ. διαστατικὸς τῶν ὀνομάτων, καὶ παρρησιαστὴς ἱκανῶς: quæ verba habentur ap. Diog. L. Arcesilao 197. Accipitur etiam in malam partem: sicut et Lat. Loquela, ut cum Cic. dicit Fallacem loquelam, unde et pro Loquacitate ponitur. Plut (8, 854.) Πολύφωνος ὁ οἶνός ἐστι, καὶ λαλιᾶς ἀκαίρου καὶ
A φρονήματος ἡγεμονικοῦ καταπίμπλησιν: secundum Horat. Fœcundi calices, quem non fecere disertum? (8, 860.) Τὸ δὲ ληρεῖν οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἢ λόγῳ κενῷ χρῆσθαι καὶ φλυαρώδει· λαλιᾶς δ' ἀτάκτου καὶ φλυαρίας εἰς τὸ ἄκρατον ἐμπεσούσης, ὕβρις καὶ παροινία τέλος: (8, 579.) dicit μέθης σύμπτωμα esse πλεονασμοὺς λαλιᾶς. Item ap. Aristoph. N. (931.) λαλιὰν ἀσκῆσαι, B. (1069.) Εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι, καὶ στωμυλίαν ἐδίδαξας. VV. LL. annotant, Genus declamationum, quod totum ad voluptatem et delectandos auditores comparatum est, Græcos λαλιὰν vel λαλιὰς vocasse. [" Heyn. Hom. 7, 804. 8, 693. Thom. M. 565. Jacobs. Anth. 6, 99. 128. 7, 140. 8, 244. Meleager 117. ad Lucian. 1, 166. 168. ad Mœr. 276. ad Xen. Eph. 217. In bonam partem, Ruhnk. Ep. Cr. 296." Schæf. Mss.]

[* Λάλη, Loquela, Lucian. 2, 337. Τὸ γὰρ ἐρεσχελεῖν ἀλλήλους συχνάκις, * λαλησθιγάνη γίγνεται: " Non vidi, qui aliter legat, quam λαλησθιγάνη, nec vidi, qui eam vocem interpretetur. Micyllus, Nugis
B mutuo provocare nos voluptatem quandam affert. Nemo, puto, nimiam audaciam nostram accusabit, si dicamus λάλης θηγάνη, Coticula loquelæ, leg." J. M. G.]

¶ Λαλάζω, Vociferor: unde Hes. λάλαζε, βόα: λαλάξαντες, βοήσαντες: λαλάξαι, τὴν γλῶσσαν ἐξελεῖν. [Anacr. ap. Athen. 447. Μηδ' ὥστε κῦμα πόντιον Λάλαζε.] Λάλαξ, αγος, Clamor, Vociferatio, Sonitus, Tumultus, ut λαλαγή: unde Epigr. λαλάγων ἐφυπνιδίων: [lege λαλαγῶν.] || Λάλαγες, Hesychio χλωροὶ βάτραχοι περὶ τὰς λίμνας, οὓς ἔνιοι κεμβέρους. Apud Lat. quoque Poëtas rana Garrula et Loquax dicitur. Addit tamen, quosdam dicere λάλαγας esse εἶδος ὀρνέου, Avis quoddam genus. " Λάσαγγες Hesychio " οἱ περὶ τὰς λίμνας χλωροὶ βάτραχοι, Virides palu- " dum ranæ, quæ supra λάλαγγες." Λαλαγὴ, Clamor, Vociferatio, ut Præcedens: κραυγὴ, Hes. [" Heyn. Hom. 7, 804. Jacobs. Anth. 7, 121." Schæf. Mss.] Λαλαγέω, Clamo, Vociferor, Resono, et quasi loquentem imitor: Hes. λαλαγεῦσαι, λαλοῦσαι. Suid.
C autem λαλαγεῦσαν, ἐμμελῶς φωνοῦσαν, in Epigr. Τὰν δὲ πάρος λαλαγεῦσαν ἐν ἄλσεσιν ἀγρότιν ἀχὼ Πρὸς νόμον ἀμετέρας τρέψε λυροκτυπίας, ubi λαλαγεῦσαι ἠχὼ dicitur, ut supra quoque λάλος. Opp. de dentibus quoque λαλαγεῖν dicit, K. 3, (352.) τοῖον λαλαγεῦσιν [τοῖοι σελαγεῦσιν] ὀδόντες, Frendent, Crepant, Crepitant; nam id quoque de dentibus dicitur, ut supra in Κόμπος et Κομπέω annotatum fuit. || Λαλαγεῦσαι, ἀθρόαι οὖσαι, Hes. [" Jacobs. Anth. 8, 240. 12, 428. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 121. Pierson. Veris. 174." Schæf. Mss.] Λαλάγημα, τὸ, Sonitus, Jubilum, ἀναφώνημα, ἤχημα, ut Suid. in h. l. exp. Ἰρήν σοι θαλάμην, ζωάγρια καὶ λαλάγημα Ἀντίθεμαι. [" Jacobs. Anth. 7, 375." Schæf. Mss.] Λαλαγήτης, Nugator, ματαιολόγος, Hes. Quibus addi potest ET Λάλλαι, qua voce Hes. vocari scribit τὰς παραθαλασσίους καὶ παραποταμίους ψήφους, Calculos, qui sunt in litore maris aut ripis fluminum, quæ etiam κρόκαι et κροκάλαι, et λάϊγγες, ut supra dictum fuit. Forsan autem a strepitu s. sonitu, quem edunt hujusmodi
D lapilli, dum a maris fluctibus pulsantur, aut a pedibus supergredientium calcantur, ita denominati sunt. [" Toup. ap. Warton. ad Theocr. 2. p. 247. Valck. Adoniaz. p. 378." Schæf. Mss. Vide ad Id. 22, 37.] Λαλάκονις ap. Hes. ψηφώδης κόνις, Arena calculosa, Sabulum calculosum; quoniam fortassis cum calcatur, λαλεῖ s. λαλαγεῖ. [" Λαλλάκονις, * Λαλλακονία, Toup. l. c." Schæf. Mss.]

ἈΛΑΛΗ, Alala, Vox quædam ἄναρθρος, quæ a militibus ante pugnam editur: ἀλαλαγμὸς, ut exp. Eust.: quanquam ἀλαλαγμὸς distinguendum videtur, ut sit Vociferatio militum edentium hanc vocem ἀλαλὴ, s. potius Dorice ἀλαλά. || Etym. exp., Ἀλάλη, scribo παροξυτόνως ut ibi habetur, Tumultus, et Inarticulata vox: ab ἅλα accus. nominis ἅλς, i. e. Mare: quod perpetuo strepitum edit: inde faciendo ἄλη, deinde per reduplicationem ἀλάλη: unde, inquit, ἀλαλάζω, et ἀλαλητός. Eust. (ad Il. Ξ. 393.) citat h. l., in quo ἀλαλὰ usurpatur, Κλῦθ', Ἀλαλὰ, πολέμου θύγατερ, ἐγχέων προοίμιον. Esse autem Do-

ricum ait, verso sc. η in α. Aptius tamen ἀλαλάζω ab ἀλαλὰ quam ab ἀλαλὴ formaremus: sed ἀλαλητὸς non item. Suid. acclamationem chori esse dicit ἀλαλαλαὶ ἰὴ παιών. Reperio et ap. Plut. (7, 643.) e quodam Poëta [Pind.,] μανίαι τ' ἀλαλαί τ' [al. μανίαι τε ἄλλαι] ὀρινόμεναι * ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ. Sciendum est autem nostrates hodieque cum aliquos inter se committunt, et ad pugnam excitare volunt, clamare, La la la. Sed et Alarme dicimus conflictum, s. potius primum in conflictu congressum. Quæ tamen vox et aliam originem habere videri possit. Cum vero λαλάζω et λαλαγὴ ceteraque, a λαλέω derivari existimentur, ἀλαλὴ autem et ἀλαλάζω vicinam signif. habeant, hæc illis subjungenda censui. [" Eur. Hel. 1360. Jacobs. Anim. 320. Porson. Phœn. 345. Valck. Phœn. p. 119. Brunck. ad Trach. 206. Aristoph. 2, 200. Kuster. 197." Schæf. Mss.]

Ἀλαλητὸς, ὁ, Clamor militum dicentium ἀλαλὴ, juxta ea, quæ modo diximus. Unde et ἀλαλαγμὸς exp. ab Eust. Sed generaliter dicitur ἀλαλητὸς, Fremitus militum in pugna, Vociferatio militaris: ap. Hom. sæpe, Il. Π. (78.) οἱ δ' ἀλαλητῷ Πᾶν πεδίον κατέχουσι, μάχῃ νικῶντες Ἀχαιούς: Δ. (436.) Ὣς Τρώων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν [εὐρὺν] ὀρώρει. Hesiod. Θ. (686.) οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ. Quibusdam placuit, e quibus fuit Apollonius Gramm., α esse πλεοναστικὸν in hoc nomine, i. e. supervacaneum: deducentibus sc. a λαλέω. Aliis autem esse α pro πολὺ, ut sit ἀλαλητὸς quasi πολυλαλητός. Aliis pro ὁμοῦ, ut sit quasi ὁμολαλητός: utrisque itidem a λαλέω derivantibus hoc nomen. Sed ego ab ἀλαλὴ potius deduco. [" Teleclides Comicus Athenæi 268. ἦν ἀ., Strepitus erat. Quem locum citatum Steph. Thes. 4, 766. aliena prorsus ratione interpretatus est, Loqui non poterat." Schw. Mss. " Jacobs. Anth. 11, 387. Heyn. Hom. 4, 635. Valck. Phœn. p. 119." Schæf. Mss. Quint. Sm. 1, 311.] At Ἀλάλητα, Ligna fluvialia, VV. LL. Hesychio ξύλα ποταμοῦ, κλυστὰ, γομφώδη. [* Ἀλαλητὺς, Anal. 3, 184. et Brunck. " Jacobs. Anth. 9, 145. 11, 387." Schæf. Mss.]

" Ἀλάβητοι, Hesychio θόρυβοι, Tumultus, Strepitus: subjungenti mox diversa scriptura, Ἀλαβυτῶ, θορυβῶ, Tumultuor, ubi malim scribere Ἀλαβητῶ: nam υ in η vertendum est procul dubio. Supra ἀλαλητὸς pro hoc ἀλάβητος s. ἀλαβητός."

Ἀλαλάζω, ξω, Clamo alala, Fremitum edo inter pugnandum, Clamorem lætum tollo in committendo prælio, Xen. Ἑλλ. 4, (3, 10.) Ἀλαλάξαντες οἱ Θηβαῖοι, δρόμῳ ὁμόσε ἐφέροντο. Est autem proprie Clamorem tollo cum animi alacritate, ideo verti Clamorem lætum tollo, cum alii simpliciter reddant Clamorem tollo, et exultabunde, atque in signum victoriæ: unde ἀλαλάζει Hes. exp. * ἐπινικίως ἠχεῖ. Plut. Popl. Τοῖς μὲν ἀλαλάξαι πάρεστι μέγα καὶ θαρραλέον. Apud J. Poll. ἀλαλάζειν τὸ ἐνυάλιον. Apud Arrian. autem (5, 10, 4.) legitur ἀλαλάζεσθαι τῷ Ἐνυαλίῳ: ubi et notanda est vox pass. ‖ Dicuntur autem ἀλαλάζειν non solum milites, sed generaliter quicunque exultantes clamorem tollunt. Unde et ἀλαλάξατε Suid. exp. κροτήσατε, Plaudite. ‖ Clamorem lætum tollo, ut modo dixi, propria signif. sonat: accipit vero interdum contrariam, pro Clamorem tristem tollo. Unde et Ululo exp., ut Marc. 5, (38.) item Hierem. 4, (8.) Et ut hominibus fiducia præditis et spe erectis ἀλαλάζειν tribuitur, ita et perterritis. Nonn. (Jo. 75, 17.) Ταρβαλέοι δ' ἀλαλάζον. ‖ Tinnio, 1 ad Cor. 13, (1.) Γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Quam signif. quidam e Gr. Gramm. propriam esse putarunt, sc. pro Tinnire, sono sonum excipiente, ut fit in æneis lebetibus. Fortasse autem ideo hoc dixerunt, quod in ἀλαλάζω vox una λα statim ab altera λα excipitur. Sed hæc signif. si esset propria, falsa essent omnia, quæ de hujus vocis derivatione, ex auctoritate aliorum magis recepta tradidi. [" Valck. Phœn. p. 119. Diatr. 167. Musgr. ad Eur. p. 192. Bacch. 593. Alberti Peric. Cr. 93. Zeun. ad Xen. K. Π. 274. Schneid. Anab. 66. Brunck. Trach. 206. Soph. 3, 443. Wakef. Herc. F. 10. Musgr. ibid. El. 843. ad Diod. S. 2, 410."

A Schæf. Mss.] Ἀλαλαγμὸς, ὁ, VEL Ἀλάλαγμα, τὸ, Clamor lætus militum. Veget. et quidam recentiores Barritum vocant, alii Jubilationem, Cæsar Ululatum, B. G. 5. Tum vero suo more victoriam conclamant atque ululatum tollunt. ‖ Victorialis hymnus, Suid. et Hes. Convenit alioqui expositio hujus vocis, quam affert Suid. cum l. Plut., quem attuli in Ἀλαλάζω. [" Valck. Phœn. p. 119. Alberti Peric. Cr. 93. ad Diod. S. 2, 410." Schæf. Mss. Eur. Cycl. 65. 594. Hel. 1365. Schol. Soph. Antig. 135. Callim. Fr. 310.] Ἀλαλαγὴ, Lætus clamor. Apud Soph. autem in Tr. (206.) p. 338. ἀλαλαγαῖς Schol. exp. ταῖς ἐπὶ τῶν θυσιῶν εὐχαῖς. Ubi quædam exempl. habent ἀλαλαῖς, AB Ἀλαλή: sed Schol. priorem lectionem agnoscit. [" Brunck. ad Trach. l. c. Phœn. 345. Porson. ibid. Valck. p. 119. Musgr. ad Eur. p. 192." Schæf. Mss. * Ἀλαλάξιος, Nomen Martis, Cornut. c. 21.]

[* " Ἀμφαλαλάζω, Nonn. D. 40, 98." Kall. Mss. * " Ἀναλαλάζω, Xen. K. Ἀ. 4, 3, 14. Eur. Suppl.
B 719. Phœn. 1410. Plut. Bruto 15." Boiss. Mss.] " Ἀνταλαλάζω, Vicissim s. Contra clamorem attollo, " clamando sc. Alala. Vide Ἀλαλάζω." [Æsch. Pers. 388. * " Ἐναλαλάζω, Const. Manass. Chron. p. 121." Boiss. Mss. Schleusner. Lex. V. T.] " Ἐπαλαλάζω, Alala clamo ob, vel Lætus acclamo." [Jambl. V. P. 394. * Συνεπαλαλάζω, Joseph. B. J. 4, 5, 1.] " Καταλαλάζειν, Hesychio κατεύχεσθαι, s. " πολιτικῶς, nisi potius scripsit πολεμικῶς, βοᾷν." [Aquila Ps. 146, 7. * Συναλαλάζω, Eur. Herc. F. 11. " Philostr. Her. 741. Ol. = 236." Boiss. Mss. Polyb. 1, 34, 2. 2, 69, 7. * Συναλάλαγμα, Job. 39, 25. Kall. Mss.]

" ΛΑΜΥΡΟΣ, ὁ, s. Λάμυρος, utroque enim " modo scriptum reperitur, exp. λάλος, εὔλαλος, στωμύλος, εὐτράπελος, Disertus, Loquaculus, Facetus. " In malam potius partem Impudenter loquax, Procaciter lepidus, Scurrilis. Significat etiam generalius Procax, Impudens, Protervus, Modum excedens audacia. Apud Suid., βροτολοιγὸς ἔρως τὰ
C " πυρίπνοα τόξα βάλλει, καὶ λαμυραῖς ὄμμασι πυκνὰ " γελᾷ. Et rursum, Ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις. Plut. adversus Col. Θήρα " μειρακίων λαμύρων καὶ προπετῶν. Et in Alcib. (2, " 161.) Πολιτείαν δὲ τὴν Ἀλκιβιάδου τὴν ἄγαν λαμυρὰν, καὶ τὸ μὴ καθαρεῦον ἀναγωγίας ἢ βωμολοχίας. " Et ap. Athen., Γαστὴρ ἧς οὐ λαμυρώτερον οὐδὲν, " Protervius, Impudentius s. Improbius: κύντερον, " ut alibi: unde et λυγρὴν, οὐλομένην et κακοεργὸν " Hom. eam appellat. Mare etiam et lacus vocant " λαμυροὺς, a vastitate quasi impudente. Etym. enim " λαμυρὰν dici τὴν θάλασσαν, velut ἤλιθα πολλήν. " Itemque Synes. Ep. 148. Τὴν μεγάλην λίμνην τὴν " λαμυράν." [" Timon Phlias. 30. Phryn. Ecl. 128. Thom. M. 568. Jacobs. Anth. 6, 67. 89. 7, 393. 8, 222. 9, 431. 12, 236. Ruhnk. Ep. Cr. 87. 89." Schæf. Mss. Wyttenb. ad Plut. 6, 508. Theocr. 25, 234. et Harles.] " Λαμυρῶς, Diserte, Lepide: s. " Loquaciter, Scurriliter, Procaciter, Proterve. Xen. " Σ. (8, 24.) Εἰ δὲ λαμυρώτερον λέγω, μὴ θαυμάζετε·
D " ὁ γὰρ οἶνος συνεπαίρει: ut et Hom. dicit Od. Ξ. " (463.) οἶνος γὰρ ἀνώγει Ἠλεὸς, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι, Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί " τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν. Et Horat. Fœcundi calices " quem non fecere disertum? Est inde et SUBST. " Λαμυρία, ἡ, Facundia, Lepores. Item Loquacitas: " necnon Procacitas, Protervia, Impudentia: ut ab " Etym. quoque exp. et στωμυλία, et ἀλόγιστος ἀνδρεία, Inconsiderata virilitas, Temeritas. Plut. " sane (6, 243.) Ἔγγιστα φαίνονται λαμυρίας καὶ θρασύτητος. Idem (8, 768.) scribit, si mulier nimium " se ornet, et tandem τῆς περὶ τὸν κεστὸν ἅπτηται " γοητείας, περιεργίαν τὸ χρῆμα καὶ λαμυρίαν μὴ πρέπουσαν γαμετῇ γεγονέναι. ‖ Dicitur hoc vocabulo " significari interdum et καθαρότης, Puritas, Limpiditas: quo modo Thuc. dixisse λαμυρὰν πηγὴν, pro " καθαρὰν καὶ ἡδεῖαν, Fontem purum limpidumque et " suavem. Sane affertur VERB. Λαμυρίζειν pro " Purum et splendidum esse: quod tamen potius " λαμπυρίζειν." [* " Λαμυρὶς, ad Lucian. 2, 324."

Schæf. Mss. * Λαμυρόω, Hes. v. Λαιθαρίζειν.] "Λευμυρία, affertur pro Loquacitas, Facetiæ: Jucunditas: necnon Puritas: itemque λευμυρὸν ὕδωρ pro Pura aqua: sed metuo ne perperam pro λαμυρία et λαμυρόν: nulla enim horum mentio ap. Græcos Lexicographos, sed illorum."

ΛΑΜΒΑΝΩ, Capio, Accipio. Tempora autem sua, excepto præt. imperf., sumit ab inus. Λήβω, et fut. a Λήβομαι: dicitur enim λήψομαι. Sed in præt. usurpatur εἴληφα Atticum, non λέληφα: itidemque in pass. εἴλημμαι. Frequens est et aor. 2. ἔλαβον, regulariter ille quidem formatus a Λήβω. Xen. K. Π. 3, (2, 13.) p. 45. Παρὰ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ ἡδέως ἂν λάβοιμι (χρήματα) εἰ διδοίη. Apud Eund. λαβεῖν et δέξασθαι inveniuntur copulata, Τοὺς μέντοι λαβόντας καὶ δεξαμένους τὰ δῶρα, K. Π. 1, (4, 26.) p. 12. qui tamen l. omnino mihi suspectus est. Posset alioqui convincere frivolam esse distinctionem, quam inter λαμβάνειν et δέχεσθαι statuit Ammon.; sed alii multi, qui hic citantur, id possunt convincere. Aristot. Eth. 1. Εἰ αὐτὸς μὲν θέλει λαμβάνειν, διδόναι δὲ μὴ, Si ipse accipere quidem vult, at dare nequaquam, Thuc. 2, (97.) Λαμβάνειν μᾶλλον ἢ διδόναι. Isocr. autem verbo λαμβάνειν opposuit non διδόναι, sed ἀποτίνειν, c. Sophistas (7.) Πολὺ ἂν δικαιότερον ἀποτίνοιεν ἢ λαμβάνοιεν ἀργύριον, Multo justius pecuniam pendant quam accipiant. Sic μισθὸν λαμβάνειν cum ap. alios, tum ap. Lucian. (2, 563.) Ipsique μισθοφόροι dicuntur itidem λαμβάνειν ἀργύριον. Quo pertinet ap. Thuc. Δραχμὴν γὰρ ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανε, [cf. 3, 17.] Dicitur et σπονδὰς λαμβάνειν καὶ δεξιὰν, Xen. Ἑλλ. 4, (1, 12.) ut Lat. Accipere fœdus et fidem. Et (K. Ἀ. 4, 5.) πιστὰ δοὺς καὶ λαβὼν, Data acceptaque fide. Item ὠφέλειαν λαμβάνειν, ut Lat. Utilitatem capere et plur. quoque ὠφελείας λαμβάνειν e Plat. Et ap. Isocr. ἐπίδοσιν λαμβάνειν, Incrementum capere. At ὕψος λαμβάνειν e Thuc. (1, 91.) paulo durius fuerit ad verbum, Altitudinem capere, pro Altum fieri. || At vero λαμβάνειν τὴν θυγατέρα, Xen. Ἑλλ. 4, (1, 7.) non simpliciter Accipere filiam, sed potius Accipere in uxorem, matrimonium. Invenitur autem et λ. γυναῖκα, quod brevius reddi possit verbo Ducere, sc. Ducere uxorem. || Alicubi vero aptius redditur Percipere, quam Accipere, Xen. (Ἀπ. 2, 7, 2.) Λαμβάνομεν δὲ οὔτε ἐκ τῆς γῆς οὐδὲν, οὔτε ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, Nihil percipimus. Sic autem et illud paulo ante allatum ὠφέλειαν λαμβάνειν, verti etiam possit commode Utilitatem percipere. || Alicubi etiam potius verbo Sumere: ut quod e Dem. (229.) affertur λ. δίκην, Sumere pœnas. At vero λαμβάνειν εἰς τὰς χεῖρας ap. Plat. Sumere vel Accipere in manus: licet illud frequentius hoc esse videatur. || Λαμβάνειν ἔργον, Suscipere aliquod opus, e Xen. || Οὐκ ἂν λάβοιμι ap. Aristoph. Non acceperim; sed Lat. Non meream. At Gallica Græcis ad verbum respondent, Je n'en prendrois pas grand' chose, Je n'en prendrois pas dix écus, Je n'en voudrois pas tenir. Aristoph. Σφ. (508.) ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα Ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς. Qua signif. dicitur itidem οὐκ ἂν δεξαίμην, ut apparet ex iis, quæ scripsi in Δέχομαι.

Λαμβάνειν ἐν νῷ, ad verbum accipere in mente, pro Animadvertere, Recordari, ut ap. Polyb. (2, 35, 6.) vertit Bud. 555. Tale est autem ap. Xen. (K. Π. 3, 3, 24.) λαμβάνειν ἐν ταῖς γνώμαις. Plautus certe verbo Accipere ita est usus cum ablativo Corde. Sunt vero et qui interpr. Complecti mente. Huc pertinet λαμβάνειν πρὸ ὀφθαλμῶν, ex eod. Polyb. (2, 35, 8.) ad verbum Accipere ante oculos, pro Ante oculos sibi ponere, oculos mentis, inquam: unde redditur et uno verbo Considerare. At ὄψει λαβόντες affertur pro Oculis conspicati. Λαμβάνειν alio etiam modo ad animum refertur: ut cum dicitur λαμβάνει με δέος, ἔλαβέ με δέος, Cepit me metus, Incessit me metus, i. e. animum meum. Utitur autem Plato illo λαμβάνει με δέος. Idem dixit in Epist. Ἄλλαι σε ἀπορίαι λήψονται, Aliæ dubitationes s. difficultates animum tuum incessent, Animo tuo suborientur.

A Hom. autem Il. Ἀ. (387.) Ἀτρείωνα δ' ἔπειτα χόλος λάβε, Atridem ira cepit, subiit. Xen. K. Π. 5, (5, 3.) p. 84. Ἄχος αὐτὸν ἔλαβεν, Mœstitia illum cepit, Incessit eum s. animum ejus, ut ap. Liv., Incessit mœstitia animos. At Herod. (1, 165.) Ἔλαβέ με πόθος, Incessit me cupido, vel animum meum: ut dixit idem Liv. Cupido incessit animos juvenum sciscitandi. Denique ut Lat. Nos oblivio capit, sic Gr. λήθη λαμβάνει. Ceterum ut dicitur δέος ἔλαβέ με, ita vicissim θάρσος ἔλαβέ με, Fiducia me cepit, Animum subiit. Sed convertuntur etiam verba interdum in hoc loquendi genere, legiturque et ἔλαβον θάρσος, ut in Θάρσος docui. Quo modo dicitur et ἔλαβον ἐλπίδα, s. λαμβάνω ἐλπίδα, aut ἐλπίδας, a Xen. et Isocr. Itidem vero ap. Lat. convertuntur quædam loquendi genera, quibus adhibetur verbum Capio: Cepit me metus, Cepi metum; Accepi metum, Terent.: Cepi dolorem ex ea re, Cepit me dolor, Invasit me dolor. Affertur autem et γέλως ἔλαβε e Dem. (1263.) pro Risus invasit. || Ceterum hoc verbo

B Invadere redditur λαμβάνειν et cum aliis accus., qui a proxime præcedentibus omnino alioqui sunt diversi: ut cum dicitur λαμβάνειν τὴν ἀρχὴν, a Xen. (K. Ἀ. 3, 4, 5.) et λαμβάνειν πόλεις a Dem. Quibus tamen in ll. possimus et verbo Capere uti. Xen. Ἑλλ. 3, (1, 5.) Ἦν δὲ καὶ ἃς ἀσθενεῖς οὔσας καὶ κατὰ κράτος ὁ Θίμβρων ἐλάμβανε, Quasdam minus validas cepit vi. Et illud λαμβάνειν ἀρχὴν exponi etiam potest Assequi imperium: Isocr. ad Phil. (24.) Ὅτε τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης ἐλαμβάνον. || Λαμβάνειν jungitur et aliis accus., cum quorum nonnullis locum habet itidem Capio, Accipio: cum nonnullis autem alio utendum est verbo: καιρὸν λαβεῖν, Occasionem capere, Polyb. 1. E quo Cam. affert etiam ἔννοιαν λαβεῖν pro Conjecturam capere: Ἔννοιαν λαβεῖν ἀπὸ μέρους τῶν ὅλων, Conjecturam capere totius de parte. Et ex (1, 31, 6.) Ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν, Gratiæ et beneficii loco accipere. At λαμβάνειν Idem interpr. Facere, cum accus. πεῖραν et διάπειραν: vertit enim Periculum facere. Possit

C autem fortasse reddi et Documentum capere. Alicubi autem λαμβάνειν cum suo accus. redditur unico verbo Lat., ut αἵρεσιν λαμβάνειν, pro Eligere. Cujus tamen generis loquendi non recte exemplum affertur e Soph. Aj. (265.) p. 17. Πότερα δ' ἂν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, λάβοις; cum hic accus. αἵρεσιν non cum λάβοις, sed cum νέμοι jungatur.

Λαμβάνειν pro Accipere, i. e. Pati, Bud. e Xen. Œc. (1, 8.) Ἀλλὰ καταπίπτων ἀπ' αὐτοῦ (τοῦ ἵππου) κακὸν [κακὰ] λαμβάνῃ, Malum patiatur. Ad verbum, Malum accipiat: Gall. Gardez de prendre mal: sicut et Noxam capere, Colum. Ideo autem subjungo hunc usum τοῦ λαμβάνω proxime præcedentibus, quod ut ibi animus, ita hic corpus dicatur λαμβάνειν. Ut autem λαμβάνειν est hic Pati, ita est Sustinere, in αἰτίαν λαμβάνειν: quod pro αἰτίαν ὑπέχειν e Thuc. (6, 60.) affertur, ac redditur etiam Incurrere in crimen. Ceterum Lat. quoque cum certis quibusdam accus. utuntur verbo Accipere pro Pati, ut cum dicunt Damnum vel Plagas accipere:

D quod itidem, a Græcis, ac nominatim a Dem. dicitur πληγὰς λαμβάνειν: sicut et vicissim διδόναι, (1261.) Plagas accipere et inferre. Tale est autem et λαμβάνειν ὑπώπια, Aristoph. (Σφ. 1386.) Sed et πράγματα λαμβάνειν huc pertinet, Xen. A. (2, 10.) pro Molestia affici.

Λαμβάνειν videtur aliquando reddi posse et verbo Concipere: ut illud ἐν νῷ λαμβάνειν, de quo supra dictum fuit, potest fortasse reddi alicubi Mente s. Animo concipere. || Et mulier ἐν γαστρὶ λαμβάνει, itidem Concipit, συλλαμβάνει.

Λαμβάνειν, Consequi, Assequi, Adipisci, Comparare, ut εὔνοιαν λαμβάνειν, e Thuc. Et δόξαν λαμβάνειν, ex Aphth. Gloriam consequi. Item δύναμιν λαμβάνειν, Plato Epist. (p. 90.) Ταύτην δ' αὖ τὴν δύναμιν Ἑρμείας μοι φαίνεται φύσει τε καὶ τέχνῃ δι' ἐμπειρίας εἰληφέναι. Item συγγνώμην λαμβάνειν, Dem. Veniam consequi, Venia donari. Et (321.) Ἄδειαν λαβόντες, Impunitatem adepti. || Habet vero et aliam verbi Comparare signif., sc. pro Emere: ut

quidem exp. ap. Aristoph. (B. 1236.) λαμβάνειν τι A ὀβολοῦ, et (Εἰρ. 1263.) λαμβάνειν δραχμῆς.

Λαμβάνειν, Prehendere, Apprehendere, Corripere, Il. B. 261. Εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν, ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω: Π. 762. Ἕκτωρ μὲν κεφαλῆφιν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει: (Γ. 369.) κόρυθος λάβεν: (Σ. 155.) ποδῶν λάβε, (Α. 407.) γούνων. Interdum autem et cum accus. aut expresso, aut subaudito. Sic pass. λαμβάνεσθαι in prosa. || Λαμβάνω, Deprehendo, Dem. (1367.) Τόν τε νόμον, ὃς οὐκ ἐᾷ ἐπὶ ταύταις μοιχὸν λαβεῖν κ. τ. λ. Xen. (K. Π. 1, 6, 19.) Λαμβάνειν τοιαῦτα ἁμαρτάνοντας τοὺς πολεμίους. Apud quem tamen (ibid.) Λαμβάνειν ἀτάκτους τοὺς πολεμίους, redditur potius Adoriri, VV. LL. Non solum autem pro Deprehendo, sed et pro Teneo, Convinco, Damno: cujus signif. exempla Bud. affert p. 10. 555. e Dem. Quæ posterior signif. videtur et huic Herodiani convenire loco, 3, (13, 16.) Ἤδη γοῦν τινας καὶ λαβὼν ἐπὶ τοιαύταις ὑπηρεσίαις ὁ Σεβῆρος ἐκόλασε. At, Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ, (Il. E. 83.) Cam. vertit Abstulit, ubi tamen Polit. utitur B verbo Deprehendere. In quibusdam autem ll. vel Comprehendo, vel etiam Capio reddi potest: Prov. Εἴληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν.

Λαμβάνειν ap. Dialecticos Sumere quasi suo jure, i. e. tanquam firmum, vel per se probatum, quod vulgo Supponere et ponere: ita Bud., quem vide et Comm. 144. 197.

Λαμβάνειν cum quibusdam accus. redditur et passivo verbo, ut λ. αἰδῶ τινα Soph. Aj. ad verbum accipere pudorem aliquem, pro Pudore aliquo affici, tangi. Sic πράγματα λαμβάνειν, pro Molestia affici, ut dictum est in Λαμβάνειν pro Accipere, i. e. Pati. Sed et illud αἰτίαν λαμβάνειν, quod ibid. habetur, reddi etiam potest Accusari, Insimulari. Itidem χώραν λαμβάνειν redditur passivo verbo Constitui a Cam. in Xen. K. Π. 4, (5, 14.) Ἃ δ' ἂν ἀσύντακτα ᾖ, ἀνάγκη ταῦτα ἀεὶ πράγματα παρέχειν, ἕως ἂν χώραν λάβῃ.

Λαμβάνειν ap. Thuc. observavi et in signif. verbi Accipere, qua dicitur Quo animo accipias; In bo- C nam partem accipias, in malam, Quam in partem accipias: ubi et verbo Interpretari locus est. Fortasse autem huc pertinet et illud Polybii antea citatum, Ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν. || Quinetiam ita utitur Thuc. alicubi verbo λαβεῖν, ut Lat. suo Accipere cum dicunt Accipere pro Auribus accipere.

Λαμβάνομαι, Capior. Quod λαμβάνομαι tempora sua excepto præt. imperf. mutuatur a Λήβομαι, sicut sc. act. Λαμβάνω a Λήβω. Sed rarum est præsens itidemque præt. imperf. in signif. pass., cum contra ἐλήφθην pro Captus sum, et ab eo derivata, frequenti sint in usu. Itidemque præt. εἴλημμαι, et partic. εἰλημμένος. Aristot. Polit. 5. Λόγον τε ἀποδιδόντα τῶν λαμβανομένων καὶ δαπανωμένων. Et τὸ λαμβανόμενον ap. Dialecticos pro τὸ λῆμμα, s. πρότασις, Propositio, Bud. 144. 197. Et τὰ λαμβανόμενα ἄμεσα, ex Alex. Aphr. Itidemque participia ληφθεὶς et εἰλημμένος, Captus. Τὰ δεινότατ' ἐργαζόμενον ληφθῆναι, Dem. Sic αὐτόφωρος ληφθεὶς, Deprehensus, Mani- D festus, Bud. Aristoph. Πλ. (455.) Ἐπ' αὐτοφώρῳ δεινὰ δρῶντ' εἰλημμένω, ubi tamen est potius Deprehensi. Apud Dinarchum autem εἴληψαι, Convictus es, Καὶ οὐ δώσων δίκην ὑπὲρ ὧν εἴληψαι πεποιηκώς. || Λαμβάνεσθαι νόσῳ, Morbo corripi. Unde est περικεφαλαίᾳ λαμβάνεσθαι, Corripi eo dolore capitis, qui περικεφαλαία vocatur.

ΛΥΩ, *σω*, Solvo, Od. Δ. 35. *ἀλλὰ λῦ' ἵππους Ξείνων*: qua in signif. antea dixerat *καταλύειν*, ut vult Eust. At paulo post l. illum, in quo usus est simplici *λύειν*, utitur composito *ὑπολύειν*, addens et gen. *ζυγοῦ*, de ead. re alioqui loquens, v. 39. *Οἱ δ' ἵππους μὲν λῦσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας*. Sic dixit et Xen. K. Π. 3, (3, 14.) *Ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι*. Refertur autem hoc ad id quod dixerat, *Πεποδισμένους γὰρ ἔχουσι τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις*. Ut autem hic dicit de equis *λύειν πεποδισμένους*, ita *περὶ αἰχμαλώτων*, De hominibus captivis, *λύειν δεδεμένους*. Q. l. habes p. 43. meæ Edit., illum autem p. 48. Atque ut dicunt *λύειν δεδεμένους*, sic etiam *ἐκ δεσμῶν, ἐκ τῶν δεσμῶν*: itidemque in pass. *λυθῆναι ἐκ τῶν δεσμῶν*, Herod. Interdum autem omittitur præp. Porro ut in illo Hom. l. dicitur de equis currui junctis, *λῦσαι ὑπὸ ζυγοῦ*, sic et de bobus aratro junctis. Lat. vero dicunt inversa etiam orationis structura, Jugum bobus solvere. Catull. Juga resolvere leonibus, Virg. Equum colla solvere. Sed dicitur et simpliciter *λῦσαι βόας, βόε*, Hesiod. *Ἔργ.* (2, 226.) *Δμῶας ἀναψῦξαι φίλα γούνατα, καὶ βόε λῦσαι*. Et *λύειν τὸ σύναμμα*, Plut. Alex. (18.) ut Lat. Solvere nodum, *Τὸν Ἀλέξανδρον ἀμηχανοῦντα λῦσαι, διατε-*

μεῖν τῇ μαχαίρᾳ τὸ σύναμμα. Et λύειν τρίχας, τὴν κόμην, Solvere crines, comam: unde Herodian. (1, 13, 2.) in med. voce Λυσαμένη τὰς τρίχας: quod ibi redditur participio passivo, Solutis crinibus. Item λύειν ζώνην, ut Lat. Solvere zonam. Sed dicitur ζώνην s. μίτρην λύειν non solum is, qui virginitatem eripit, ut ap. Musæum, Ὡς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν· ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην: sed et illa, cui eripitur: atque adeo dicebantur et in primo puerperio mulieres λύειν ζώνην, μίτρην. Unde Λυσίζωνος vocata Ea, quæ virginitatem amiserat. Dicta vero hoc nomine et ipse Artemis, seu Λυσιζώνη, ut ap. Schol. Apoll. Rh. scriptum est: cujus rei a me facta fuit mentio et in Ζώνη. [" Ad Callim. 1, 12. Wakef. S. Cr. 5, 103." Schæf. Mss.] || Λύειν cum quibusdam nominibus, Solvere, Reserare, Aperire: τὸ στόμα, Isocr., Solvere os, quod et Resolvere os s. ora Poëtæ dicunt: dixit vero et Solvere linguam Ovid. Et λύειν τὰ γράμματα, Eur. (Iph. A. 38.) Reserare literas: pro quo potius Resignare. Affertur et λύειν τὰς ἀποθήκας e Greg. pro Aperire horrea.

Λύειν, pro Solvere, i. e. Laxare, Remittere, ut ἡνίαν, Soph. [El. 743.]

Λύειν pro Solvere, i. e. Liberare: κακότητος, Hom. Liberare miseria. Sic Hesiod. (Θ. 528.) καὶ ἐλύσαο δυσφροσυνάων. || Ut autem dicitur λύειν τινὰ δυσφροσυνάων, ita et δυσφροσύνας, q. d. Solvere mœrores pro Discutere. Tale est ap. Hom. de somno λύων μελεδήματα θυμοῦ: quod Ovid. ad verbum de somno itidem, Solvere curas. Sic etiam λύειν νόσον ap. Plut. (8, 629.) Τίς ἔνδεια, ποῖον δηλητήριον οὕτω ῥᾳδίως καὶ ἀφελῶς νόσον ἔλυσεν; Celsus Ebrietatem solvere dixit pro Discutere. Lucian. dixit etiam, Λύειν τὴν ἀπορίαν δεομένῳ, pro Levare illi inopiam et quasi discutere. Sed quod attinet ad eum usum τοῦ λύω, quo pro Libero sumitur, sciendum est Polyb. ita eo usum esse, ut Lat. utuntur, cum dicunt Liberare fidem; ita enim (6, 58, 4.) Εἷς δὲ τῶν προχειρισθέντων, ἐκπορευόμενος ἐκ τοῦ χάρακος ἤδη, καί τι φήσας ἐπιλελῆσθαι, πάλιν ἀνέκαμψε, καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, αὖθις ἀπελύετο, νομίζων διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τετηρηκέναι τὴν πίστιν καὶ λελυκέναι τὸν ὅρκον. Quo e l. Cic., Polybius, inquit, bonus Auctor in primis, scribit, e decem nobilissimis, qui tunc erant missi, novem revertisse, a senatu re non impetrata: unum e decem, qui paulo post quam egressus erat e castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse; reditu enim in castra, liberatum se esse jurejurando putabat. Alibi autem de eod. loquens, dixit Solutum jurejurando. Ita ille; sed crediderim non male et sic, adhibendo activum verbum interpretationi, redditum iri, Putabat se fidem jurejurando datam, vel, jurisjurandi fidem, liberasse: nam Jusjurandum liberasse, dicere non ausim. At vero Solvisse jusjurandum, contrariam potius signif. haberet: sicut et Solvere fidem pro Frangere, a Terentio poni videmus.

Λύειν apud Aristot. Solvere, ea in signif., qua dicitur Solvere quæstionem, Dissolvere interrogationem, sumta metaph. ab iis, qui nodum aliquem solvunt. Tale est et λύειν τὸ αἴνιγμα ap. Lucian. Sed et λύειν ὄνειρον, quod Hom. κρίνασθαι ὄνειρον, Eust. || At λύειν νείκεα ap. eund. Hom., ut λύειν τὰν ἔριν ἀμφοτέρων, Epigr., Controversias dirimere, Lites componere, quod fit itidem velut solvendo rei controversæ nodum, quali metaph. dixit Horat. Implicitus litibus. Apud Eund. legimus et Litem lite resolvere. || Solvo, et Crimen diluo, Bud. afferens ex Æschine (83.) Κατεπαγγελλόμενος ὡς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ἀπολογίας λύσει τὸ παράνομον. Ex Eod. (82.) Ἐπειδὰν τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον: pro Cum primo suffragio non absolutus fuerit reus τῶν παρανόμων. Cic. dixit etiam Solvere crimine. In VV. LL. affertur et λῦσαι τὰς ἁμαρτίας ex Aristoph. (B. 691.) pro Diluere, cum ego contra putem esse potius Condonare. || Ceterum λύειν affertur in illis pro altera etiam signif. τοῦ Diluere: e Gal. ad Gl. Λύειν γλυκεῖ τοὺς κυκλίσκους, Pastillos diluere passo, macerare: quod et ἐκλύειν ibi dicit.

Λύειν, pro Solvere, Dissolvere; ut λύειν μένος, A ἅψεα ap. Hom. Solvere membra, i. e., Membrorum quasi compagem dissolvere. Et λελύσθαι γόνατα dicit itidem, quæ fatiscunt s. labant: ut Virg. loquitur. Pertinet vero ad illa loquendi genera λύειν μένος, ἅψεα, necnon λύεσθαι γυῖα, quod ap. eund. Virg. habetur, Torpor solvit membra formidine, et Solvuntur frigore membra. Quo pertinet et λελυμένος ap. Greg. de paralytico, Χθὲς ἐπὶ κλίνης ἔρριψο παρειμένος καὶ λελυμένος. Idem Hom. dixit Il. B. (135.) καὶ σπάρτα λέλυνται, pro Et rudentes soluti sunt, q. d. fatiscunt. || Λύειν pro Dissolvere accipitur in aliis etiam loquendi generibus, atque adeo pro eo, quod dicitur potius Antiquare, Rescindere, ut λύειν τὸν νόμον, τὴν εἰρήνην, ap. Dem.; τὰς σπονδὰς, Thuc. (1, 78.) i. e. ad verbum, e Virg. Solvere fœdera. Dixit vero Dem. et τὰς δωρεὰς λελυμένας, pro Revocatas et abrogatas, Bud. || Capitur vero et pro Dissolvere s. Rescindere propriam signif. habentibus: ut cum dicit Herodian. (7, 1, 16.) λῦσαι τὴν γέφυραν, Rescindere pontem, Abscindere, Polit. Ali- B cubi vero commodius redditur verbo Evertere: ut ap. Hom. in uno eodemque l., et de re ead. simplici λύειν et composito καταλύειν utentem, Il. I. (25.) Ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα, Ἠδ' ἔτι καὶ λύσει. At vero λύειν κρήδεμνον ap. eund. Poëtam exp. etiam ἀφαιρεῖν. || Item λελύσθαι ἀπ' ἀλλήλων dicuntur a Xen. (K. Π. 1, 1, 4.) ii, inter quos quæ erat communio et societas, velut dissoluta est, aut etiam amicitia; nam et Dissolvere amicitias, legitur ap. Cic. || Ad hanc autem Dissolvendi signif. referri potest v. λύειν et cum accus. ἀγοράν: nam λ. ἀγορὰν est velut Dissolvere concionem. Exp. etiam Dimittere concionem, sicut et Dimittere senatum, Dimittere cœtum dicitur, quoniam qui dimittit congregatos, velut dissolvit et dissipat quod conjunctum erat. Xen. (Œc. 12, 1.) dixit etiam pass. λύεσθαι τὴν ἀγοράν.

Λύειν pro Solvere e portu: quod et Lat. Solvere sine adjectione sæpe dicunt. Synes. Λύσαντες ἐκ Βενδιδείου. Sic in Pantelei Epigr. in Callimachum et C Cynægirum, Λῦε κυβερνῆτα· νέκυος δὲ φύγωμεν ἀπειλάς: vel, ut in aliis exempl., νέκυος προφύγωμεν ἀπειλάς: quem versum ita reddidi, cum illud Epigramma interpretarer, Solve age, solve, minax fugiamus, nauta, cadaver. Integrum autem loquendi genus est λῦσαι vel λύσασθαι πρυμνήσια ap. Athen.

Λύειν, Solvere captivitate, et quasi captivitatis vinculis, Reddere captivum: ap. Il. A. (20.) dicit Chryses, Παῖδα δέ μοι λύσατε [λύσαιτε, Cl.] φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε. Sic Ω. (137.) Ἀλλ' ἄγε δὴ λῦσον, νεκροῖο δὲ δέξαι ἄποινα, de hac autem dicit Agamemnon, eod. verbo utens, (A. 29.) Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω. Sed et ἀπολύειν in eadem signif., Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα, sc. Agamemnon; est enim de ead. sermo. At vero ipse Chryses, qui rogat Græcos, ut velint sibi λύειν suam filiam, dicitur venisse eam λυσόμενος: ibid. (12.) ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα. Sic autem et alibi hoc verbo utitur in voce med., ubi exp. Redimere. In prosa quoque D λύσασθαι est Redimere: αἰχμαλώτους, Dem. (412.) Qui etiam dixit, Λυσάμενος ἐκ τῶν πολεμίων. Et pass. λυθεὶς, Qui redemtus est, (1251.) Ὅτι καὶ οἱ νόμοι κελεύουσι τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδῷ λύτρα. Sic Thuc. (5, 3.) Λυθεὶς ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρός. Item, Ἐλύθη χρημάτων μεγάλων, Redemta est magna pecunia, ex Herod. (2, 135.) in Λύσσομαι. At Bud. 746. λύομαι reddit non solum Redimo, sed et Luo, Servo, exempla harum signiff. e Dem. et Xen. afferens. Ceterum quod attinet ad duplicem illam signif. τοῦ λύω, sc. tam de eo, qui velut captivitate solvit captivum, et eum suis reddit, quam de eo, qui illum redimit, et facit ut captivitate solvatur ac suis reddatur, sciendum est verbum Gall. Delivrer, quod et in aliis loquendi generibus cum Græco λύειν convenit, utramque et ipsum signif. habere. Dicitur enim Delivrer un prisonnier et is, qui eum redimit, et is, qui eum redimenti reddit.

Λύειν τέλη, ap. Soph. (Œd. T. 316.) pro λυσιτελεῖν, ut dicetur in Λυσιτελέω.

"Λύει, Hes. et Suid. exp. non solum λυσιτελεῖ, A "sed etiam ἀδημονεῖ: quod potius ἀλύει dicitur."
["Λύω, Phryn. Ecl. 95. Thom. M. 893. Markl. Suppl. 45. Iph. p. 312. ad Charit. 411. 660. Wakef. Phil. 1224. Jacobs. Anth. 9, 173. 10, 26. 12, 255. ad Diod. S. 1, 31. 2, 330. Heyn. Hom. 5, 55. ad Lucian. 1, 476. Brunck. Antig. 40. ad Phalar. 219. Xen. K.Π. p. 6. ad Cornel. Nep. 135. Stav., Clark. ad Il. A. 314. Ilgen. ad Hymn. 328. ad Herod. 312. 727. Jacobs. Spec. 35. Fischer. Ind. Palæph. v. Διαλ., Bernard. Reliq. 97. Valck. Hipp. p. 250. Diatr. 240. Prosum, Porson. Med. p. 93. Musgr. 566. (1112. 1362.) Barnes. Alc. 631. Brunck. El. 1005. Valck. Hipp. p. 213. De epistolis resignandis, Bergler. Alciphr. 208. An pro ἀλύω? T. H. ad Lucian. 1, 177. Hinc Lat. Luo, Fischer. Descr. Lectt. 1792-3. Conf. c. λούω, Jacobs. Anth. 9, 117. De quant., Heyn. Hom. 7, 403. 8, 356. 461. 581. Λ. ἱστία, Jacobs. Anth. 9, 302. τὸν λόγον, Heind. ad Plat. Gorg. 111. τὴν γνώμην, Alciphr. 262. στάμνον, Valck. Callim. 253. ἔριν, Phœn. p. 29. Hipp. p. 320. τὸ ἀπίθανον τοῦ μύθου, B Jacobs. Anth. 7, 217. De act. et med., ad Od. K. 284. Il. A. 20. Heyn. Hom. 5, 502. 6, 79. Kuster. V. M. 7, 84. 99. 129. Brunck. Apoll. Rh. 234. Λύεσθαι, Jacobs. Anth. 7, 186. 9, 341. 11, 406. Wakef. S. Cr. 4, 183. Georg. 114. De corporibus, quæ consumuntur, ad Lucian. 1, 404. Λελυμένος, Bergler. Alciphr. 238. Λύντο, λῦντο, Heyn. Hom. 5, 312. 7, 73. Λύμην, 8, 127. 135. 581. Λελῦτο, ibid." Schæf. Mss. * Λελυμένως, Gl. Passim, Hippocr. 194. "Basil. Schol. Greg. Naz. in Notit. Mss. T. 11. P. 2. p. 116." Boiss. Mss.] "Λυτέον, Solvendum," [Plato Gorgia 480.]

Λύσις, ἡ, Solutio, Auctor Dialogi, qui Axiochus inscribitur, (194.) Κατὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν, In solutione animi a corpore, i. e., cum animus a corpore solvitur. Zeno συστολὰς et λύσεις inter se opponebat, Contractiones et Solutiones, loquens de perturbationibus. Chrysippus autem λύπην, Ægritudinem, dictam putabat quasi λύσιν, Solutionem totius hominis, Cic. || Solutio, si hoc nomine uti liceat C pro Ipsa actione solvendi captivitate et liberandi, ut λύσις τῶν αἰχμαλώτων, Dem. (107.) Exp. autem et Redemtio. || Solutio, ut cum dicitur solutio quæstionis, aut ænigmatis, Plut. Symp. septem Sap. Εἰ προσήκατο τὰς λ. ὁ Ἄμασις. || Solutio, ab ea signif., qua dicitur Solvere creditori: quo modo χρειῶν λύσις ap. Hesiod. (Ἔργ. 2, 22.) exp. Solutio æris alieni, Dissolutio; dicitur enim et Dissolvere æs alienum. Sed potest etiam accipi pro Liberatione a debitis: quæ exp. alioqui eod. redit; nam qui dissolvit æs alienum, quibusdam ejus velut vinculis liberatur. || Λύσις πυρετοῦ ap. Gal. et alios Medicos vulgo exp. hoc eod. nomine Solutio: ad Gl. 1. Ἀναμείνας τὴν πρώτην λ. τοῦ πυρετοῦ: quod nihil aliud est quam Liberatio a febre. Redditur etiam Finis accessionis. Apud Hippocr. autem ipse Gal. λύσιες esse ait Intervalla, quibus articuli ab invicem disjuncti sunt. || Apud Rhett., quæ diluit τὴν κατασκευήν, vide Bud. 577.: VV. LL. exp. Rationis s. Exceptionis propositæ labefactatio; Actoris, exceptionem rei elidentis, D firmamentum: e Cic. || Expiatio, Aristot. Polit. Αἱ νομιζόμεναι λύσεις, Decentes et debitæ expiationes, Bud. At vero quidam perperam, Abdicationes et dissolutiones generis, ut habent et VV. LL. Sic Plato de Rep. 2. Λ. τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων. Sed et ap. Athen., Λ. τε ἔλαβε τὸ δεινὸν, Bud. reddit, Expiata est ira deorum. Existimo autem Expiationem vocari, quod expiatio sit velut liberatio a piaculo, quod quis contraxit. Vide Λύσιοι θεοὶ in Λύσιος. ["Ad Charit. 762. Wakef. Trach. 1171. Jacobs. Anim. 170. Anth. 8, 313. Huschk. Anal. 221. Gesner. Ind. Orph. v. Λύσεις, Bibl. Crit. 1, 3. p. 50. Clark. ad Il. A. 314. Bernard. Reliq. 80. ad Lucian. 1, 476. Brunck. Antig. 598. Med. 1062. ad Phalar. 219. Λ. σφραγίδων, Bergler. ad Alciphr. 209." Schæf. Mss. Excusatio, Longin. p. 38. Toup. * Λυσέρως, Serv. ad Virg. Æn. 4, 520.] "Λυσιπνεῖ, Hesychio φοβεῖται." Λύσιμος, ὁ, ἡ, Solubilis, Qui solvi potest, Callisthenes ap. Athen. (452.) Ἀπαγγελεῖν τῇ μητρὶ λύεσθαι τὸ γύναιον δέχ' ἡμερῶν τὸ ἐν Ἀπολλωνίῳ δεδεμένον, ὡς οὐκέτι λ. ἐσόμενον, ἐὰν αὐτὰς παρέλθωσι. Item in metaphorica Solvendi signif. ap. Aristot. in Analyt. ubi λύσιμον vocat argumentum, sicut et λυτὸν, Quod facile solvi potest s. dissolvi, VV. LL. Item Exemtilis, Plato de LL. ["Jacobs. Anth. 11, 68." Schæf. Mss.]

Λύσιος, q. d. Solutorius, Solutivus, Liberatorius, Solvendi s. Liberandi vim habens. || Sed peculiariter dicitur de Baccho, Plut. Symp. 3, (6.) Τὴν μὲν (ἑσπέραν,) ὁ Λύσιος ἐπισκοπεῖ Διόνυσος, μετὰ τῆς Τερψιχόρης καὶ Θαλίας. Esse autem volunt ita dictum, vel quia nos λύει μελεδώνων s. δυσφροσυνάων, ut loquuntur Poëtæ, i. e. solvit nos curis et liberat, atque adeo dissipat curas, ut de eo ipso testatur Horat.: scribit autem et Ovid., Cura fugit multo diluiturque mero: vel quod membra solvat, ac præterea concordiam et amicitiam; quippe quæ post nimium potum in discordiam sæpe mutetur, ac inimicitias. UNDE Λυαῖος quoque dictus existimatur, sive ob hanc, s. ob illam causam: quod epith. Lat. Poëtæ retinuerunt: affert tamen et alias ejus derivationes Etym. Nonnulli vero e Paus. (Bœot. 16, 4.) annotant Λύσιον appellatum, quia Thebanos a Thracibus vinctos ἔλυσεν, Solvit; nam deus Thracibus soporem immisit, quo illi sunt a Thebanis occisi. Sed Plut. Symp. 7. fin. dicit λύσιον, sicut et ἐλευθέριον, ita enim vet. cod., non ἐλεύθερα, dictum esse ὅτι τὸ δουλοπρεπὲς καὶ περιδεὲς καὶ ἄπιστον ἐξαίρων καὶ ἀπολύων τῆς ψυχῆς, ἀληθείᾳ καὶ παρρησίᾳ χρῆσθαι πρὸς ἀλλήλους δίδωσι. ||Λ. θεοὶ, q. d. Expiatorii dii, Expiationum præsides dii, ut λύσιν pro Expiatione poni dictum fuit supra, Plato de Rep. 2. Αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται καὶ οἱ λ. θεοί. Dicuntur ἀλεξίκακοι dæmones, inquit Bud., qui diras arcere et amoliri ab antiquis existimabantur, οἱ λύοντες τὰς ἀρὰς, qui etiam ἀποτρόπαιοι et ἀποπομπαῖοι dicti, et λύσιοι et φύξιοι. Hoc autem sensu dici crediderim et Λυτήριον Ἀπόλλωνα infra. ["Huschk. Ep. in Propert. 108. Pierson. Veris. 230. Wyttenb. ad Plut. 1, 259. ad Charit. 302. Musgr. ad Eur. p. 203." Schæf. Mss.] "Λύσειοι, τελεταὶ dicebantur "quædam παρὰ τὸν λύσιον Διόνυσον, Hes. auctore. "Apud Suid. λύσιοι." [Λύσειος, Epith. Bacchi, Orph. H. in Misen. 4.]

Λυτὸς, Solubilis, Qui solvi potest, vide Λύσιμος. "Λυτὰ, τὰ, ex Epigr. pro Justitia, Juris intermissio"nibus: quæ et λύσιμα dici feruntur." ["Clark. ad Il. A. 314. ad Lucian. 1, 476." Schæf. Mss. * Λυτώδης, Strabo 3. p. 391. Siebenk. post Salmas.: vulgo λιθώδης.] Ἄλυτος, Insolubilis, Qui solvi non potest; Indissolubilis, Cic.; Indissolutus; Qui dissolvi non potest: ut videbis in meo Cic. Lex. Plato Timæo, Ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄ. τὸ πάμπαν· οὔτι μὲν δὴ διαλυθήσεσθέ γε. Sic autem Deo, qui est ἀθάνατος, Greg. ἄ. φύσιν tribuit. || Inexplicabilis, e Gaza, ab ea signif. sc., qua dicitur λύειν aliquam quæstionem, ἀπορίαν. ITEM Ἄλλυτος ex Epigr. pro ἄλυτος, metri causa. ["Wakef. Alc. 485. Jacobs. Anth. 7, 323. Brunck. Soph. 3, 496. Macedon. 28. Musgr. ad Eur. p. 213. 305. ad Lucian. 1, 476. Ruhnk. Ep. Cr. 299." Schæf. Mss. * Αὐτόλυτος, Opp. K. 4, 357.] Δύσλυτος, Qui vix solvi potest, Solutu difficilis, Difficile solubilis, [Eur. Phœn. 378. Andr. 121. Æsch. Pr. 19.] Δυσλύτως, Ita ut vix solvi possit, Nexu non facile solubili, pene insolubili. Εὔλυτος, Qui facile solvi potest. ["Ad Diod. S. 1, 190. 357." Schæf. Mss. * Εὐλύτως, Hippocr. 190. 222. * Εὐλυσία, Diog. L. 6, 70. * Εὐλυτόω, Gl. Expedio, Explico, Enodo, Elicio, Resolvo, "Jo. Malal. 2, 95." Elberling. Mss. * Εὐλύτωσις, Gl. Explicatio: * Διευλύτωσις· Dissolutio. * Νεόλυτος, Poëta inc. ap. Dionys. H. de Comp. VV. 218. Schæf.] "Παλίλλυτος, Re"solutus, Rescissus, Nonn." [Jo. p. 136. * Στρεπτόλυτος, Schol. ad Aristidis Panath. ap. Phot. Cod. 246. Ernest. Lex. Rhet. 381.]

Λυτικὸς, q. d. Solutivus, Solvendi vim habens. In VV. LL. λυτικὸν φάρμακον, Vim habens resolvendi s. discutiendi. || Solvendi s. Dissolvendi solertia præditus, Epith. Sosibii ap. Athen. 201(=493.) Qui Gramm. a Suida vocatur ἐπιλυτικὸς, scribente, Γραμματικὸς ἦν τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων, Ex iis, qui

explicandi et nodosas quæstiones solvendi sunt periti, Bud. || Solvendi vim habens, in ea Solvendi signif., qua dicitur Solvere ventrem, Diosc. de pycnocomi radice, Ἡ *ῥίζα αὐτῆς λυτικὴ κοιλίας καὶ κινητικὴ χολῆς*: pro quibus habet Plin. Radix ejus alvum et bilem exinanit. [Athen. 91. 92. " Wolf. Proleg. 195. Jacobs. Anth. 9, 178. ad Lucian. 2, 330. Grammatice, Valck. ad Il. 22. p. 145. Eichst. de Dram. Sat. p. 9. Ruhnk. Diss. de Longino §. 14. *Λυτικὸν τῆς κοιλίας*, Toup. Opusc. 1, 154." Schæf. Mss.] *Λυτικῶς*, Cum quadam solvendi facultate, facilitate.

[*Λύται*, vide *Προλύται*.]

Λυτὴρ, ῆρος, ὁ, Solutor, Liberator, Nonn. (Jo. 211, 20.) *ὅλης λυτῆρα γενέθλης*. Item Expiator. [" Clark. ad Il. A. 314. * *Λύτειρα*, Wakef. Ion. 1551. Trach. 1030." Schæf. Mss.] *Λυτήριος*, Liberatorius, Expiatorius: *εὐχαὶ*, Soph. (El. 635.) Item, *Λυτήριος* Apollo ex Eur. (Alc. 224.) pro Expiator. Fortasse autem ea signif. dicitur, qua *λύσιοι θέοι* supra. Et *τὰ λ.*, ex eod. Soph. (El. 447.) substantive pro Sacra expiatoria. Item, *Λυτήριον*, Porcellus cujus mactati sanguine illinebantur manus ejus, pro quo expiatio fiebat. Sed rursum adjective *λυτήριον λύπημα*, Soph. Tr. (554.) p. 350. pro *λύπης ἴαμα*, ut Schol. exp., i. e. Remedium mœroris, adversus mœrorem. Synes. quoque dixit *λυτήριον τῶν δεινῶν*, Remedium malorum. [" Wakef. Trach. 554. Eum. 63. Brunck. Soph. 3, 472. Thom. M. 587. Cattier. Gazoph. 30. *Λυτήρια φόνου*, ad Anton. Lib. 259. ad Mœr. 255. 337. Valck. Phœn. p. 355." Schæf. Mss. * *Λυτηριὰς, άδος, ἡ*, Orph. H. in Rheam 7.] *Λύτωρ, ορος, ὁ*, i. q. *λυτὴρ*, Epigr. pro Qui dissolvit, [" Clark. ad Il. A. 314. Jacobs. Anth. 9, 101." Schæf. Mss.]

" *Ἀλύστινον*, Hesychio *δεινὸν, ἄλυτον*: item *χλιαρόν*: in qua posteriore signif. habemus *ἀλυκρόν*."

" *Πρωλυθίαι*, Hesychio *παρειμένοι, παραλελυμένοι*: " afferenti et *Πρωλύθιον* pro *ἐπιφερὴς ἐπὶ τὸ στόμα*: " ut vocabulis his significetur Exolutus, Pronus in " os s. Præceps."

Ἀναλύω, Resolvo, Dissolvo, Exolvo, Solvo, Retexo, Od. (I. 178.) *ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι*, pro *ἀναλῦσαι*. Apud Aristot. H. A. 5. hæc verba, *Ἀναλύουσι τὰ βομβύκια γυναικῶν τινὲς ἀναπηνίζοντες*, ita exp. Bombycia quædam mulieres retorquendo in filum deducunt. Chrys. *Οὐδὲ γάρ ἐστι τὰ γενόμενα ἀναλῦσαι λοιπὸν*, Non enim possibile est quæ facta sunt resolvere, retexere, i. e. revocare et infecta reddere. || De gubernatione navis ap. Synes., Bud. || Verbum ad Geometras pertinens, ut *λογίζεσθαι* ad Arithmeticos, ut docet exemplis Bud. 195. || Revertor. Athen. 1. *Ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες*, Appian. B. C. 4, (18.) *Ἀναλύοντα δὲ ἐκ μέθης στρατιῶται προσκρούσαντές τι ἔκτειναν*. [" Analysi utor, Lucian. 3, 41." Seager. Mss. " Markl. Suppl. 45. Musgr. ibid. Jacobs. Anim. 220. Wakef. S. Cr. 4, 181. 193. ad Diod. S. 1, 629. Ruhnk. Ep. Cr. 161. Verh. ad Anton. Lib. 146. LB., Alberti Peric. Cr. 102. Abresch. Lectt. Aristæn. 257. Toup. Opusc. 2, 7. Valck. ad Ammon. 112. Hipp. p. 259. ad Charit. 283. 307. Heyn. Hom. 8, 366. Ilgen. Hymn. 426. ad Lucian. 1, 477. Abeo, Discedo, Schol. Aristoph. Πλ. p. 421. H., Argum. Acharn. Conf. c. *καταλύω*, Ruhnk. ad Vell. Paterc. 306. De act. et med., Kuster. V. M. 7." Schæf. Mss.] *Ἀνάλυσις*, Resolutio: *κατὰ ἀνάλυσιν*, quod vulgo dicitur Resolutorio ordine. *Ἀνάλυσις* vocatur, inquit Bud., quasi Retexio complexionis, i. e. *τοῦ συμπεράσματος*, estque contraria *τῇ συνθέσει*, quæ a quibusdam confessis ordiens, desinit in id, quod in quæstione est: Ut si etc. Vide reliqua ap. eum in Comm. 198. || Pro simpl. *λύσις* ap. Athen. 15. ubi *στεφάνου λύσιν* et *ἀνάλυσιν* indifferenter ponit. [" Brunck. Antig. 598. Wakef. S. Cr. 4, 182." Schæf. Mss. * " *Ἀναλύσιμος*, Const. Manass. Amat. 7, 45." Boiss. Mss. * *Ἀναλυτὴρ*, Æsch. Choeph. 156. * *Ἀναλύτης*, J. Poll. 7, 188. * " *Ἀνάλυτος*, Dissolubilis, Orig. c. Cels. 4. p. 169." Seager. Mss.] " *Δυσανάλυτος*, Ægre resolubilis s. " dissolubilis, Greg. Naz." *Ἀναλυτικὸς*, Resolutorius, Resolutivus, Ordinem resolutorium habens. Dicuntur etiam *ἀναλυτικοὶ*, Qui utuntur *τῇ ἀναλύσει*. Analyticus, inquit Bud. 198., id, in quod desinit *σύνθεσις*, ut confessum sumit, h. e. *τὸ συμπέρασμα τῆς συνθέσεως*, et eo usque *τὸ συντεθὲν* retexit quoad invenerit *τὰς προτάσεις, δι' ὧν τοῦτο συμπεπέρασται*. Lege ibid. de libris analyticis Aristotelis. [* *Ἀναλυτικῶς*, Alcin. Introd. 93. " Dionys. Areop. 55. 287. * *Ἀνταναλύω*, Amphiloch. 180." Kall. Mss.] " *Ἐξαναλύομαι*, Penitus resolvor et evanesco. Philo de Mun" do, *Λίθων οἱ κραταιότατοι ἆρ' οὐ μυδῶσι καὶ σή" πονται, καὶ θρυπτόμενοι καὶ ῥέοντες εἰς λεπτὴν τὸ " πρῶτον ἀναλύονται κόνιν, εἶθ' ὕστερον δαπανηθέντες " ἐξαναλύονται*;" [* *Ἐξαναλύω*, Libero, Il. Π. 442.] " *Ἐπαναλύων*, Hesychio *ἐπαναστρέφων*, Revertens." [" Jo. Climac. p. 11. Germanus Dormit. B. Mar. 101. cf. Nicet. Chon. ap. Fabr. B. Gr. 4, 412." Boiss. Mss. Schæf. Æsop. 143. * *Ἐπανάλυσις*, ibid.] *Ἀλλύω* poët. pro *ἀναλύω*, Dissolvo. Apud Hom. pro Retexo, Od. B. (105.) *Ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκε μέγαν ἱστὸν, Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν, ἐπὴν δαΐδας παραθεῖτο*.

Ἀπολύω, Solvo, Exolvo, Solvendo disjungo sejungo, separo. Sic Plut. Popl. (10.) *Τοὺς πελέκεις ἀπέλυσε τῶν ῥάβδων*, exp. Secures a fascibus sejunxit. || Absolvo reum: qua in signif. J. Poll. ait esse *ἰδιωτικόν*. Sic Luc. 6, (37.) *Ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε*, Absolvite, et absolvemini. Signif. et Absolutum dimitto, ut paulo post docebo. || Dimitto, Remitto, Do veniam abeundi. Sic Absolvere creditorem sonat Lat. Dimittere, sed reddito pretio. Polyb. 5. *Μετὰ δὲ ταῦτα παρακονούμενος, ἠξίου μετὰ δεήσεως μόνον αὐτὸν ἀπολῦσαι μετὰ τῶν ἰδίων οἰκετῶν*. Sic Matth. 14, (15.) *Κύριε, ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους*. Appian. B. C. 4, (70.) *Τὸν Ἀρχέλαον ἀπέλυεν*, Legatum remisit. Hæc Bud. Apud Xen. cum adverbio *οἴκαδε* jungitur; dicit enim de Agesilao (Ἑλλ. 6, 5, 21.) *Τοὺς μὲν Σπαρτιάτας ἀπέλυσεν οἴκαδε*, Dimisit domum vel Remisit suos milites. Latini Dare commeatum hoc fere sensu dicunt. Polyb. (6, 26, 1.) *Ἀπέλυσαν εἰς τὴν οἰκίαν* [*οἰκείαν*.] Rursum ap. Xen. aliquis dicitur eum, quem captivum tenet, *χρημάτων πολλῶν ἀπολύειν*, Accepta magna vi pecuniarum dimittere, remittere: Ἑλλ. 4, (8, 21.) *Καὶ Τιγράνην πορευόμενον εἰς Σάρδεις λαμβάνει σὺν τῇ γυναικὶ, καὶ χρημάτων πολλῶν ἀπέλυσεν*. At vero ap. Hom. *ἀπολύειν* sine adjectione, est Dimittere, pretio redemtionis persoluto, Eust. Il. K. (449.) *Εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν, ἠὲ μεθῶμεν*: nam *ἀπολύσομεν* ait esse *λύτρα λαβόντες ἀφήσομεν*: at *μεθῶμεν* esse *δωρεὰν ἀφῶμεν*: vult autem in hac signif. supervacaneam habere præp. hoc verbum. At Il. A. (94.) de Agamemnone dicitur, *Ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων, Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα*, si *ἀπέλυσε* exponamus *λύτρα λαβὼν ἀφῆκε*, videbitur otiosum esse quod additur *καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα*. || Aliquando *ἀπολῦσαι* est Absolutum dimittere: Matth. 27, (15.) *Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον*. || Item *ἀπολύειν τὴν γυναῖκα* eod. modo, quo Sueton. dixit Dimittere uxorem, pro Repudiare, Divortium cum uxore facere. Sunt autem frequentia hujus signif. exempla præsertim ap. Evangelistas: Luc. 16, (18.) *Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ*. || Libero, Liberum reddo, Absolvo: ut Absolvere bello dicitur pro Liberare. Jungitur autem accus. et gen. Xen. K. Π. 8, (3, 18.) *Μόνον, ἔφη, ἐμὲ ἀπόλυσον ταύτης τῆς ἐπιμελείας*, Libera me hoc munere. Plato, *Ἀπολύσας αὐτοὺς οὐ σμικρᾶς ζημίας*, Isocr. *Σαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων*, Teipsum liberans a turpi crimine, vindicans et asserens. Apud Lucian. *ἀπολύειν τῶν ὅρκων* est Liberare jurejurando. Ead. metaphora dicitur Latine, sed contr. signif., Obstringere jurejurando; nam Obstringere et *ἀπολύειν* contraria sunt quæ inter se respondent. || Pass. voce, sed act. signif. *Ἀπολύομαι*, Luo, Libero, Redimo captivum persoluto redemtionis pretio: sicut is, a quo redimitur, et qui eum dimittit, *ἀπολύειν* dicitur, ut paulo ante docui. Il. X. (50.) *Χαλκοῦ τε χρυσοῦ τ' ἀπολυσόμεθ'· ἔστι γὰρ ἔνδον*. || *Ἀπολύομαι*, Diluo, Refuto, Plut. Antonio (74.) *Ἡ δὲ Κλεοπάτρα ἀπολυομένη τὰς αἰτίας καὶ ὑπονοίας, ἐθεράπευεν αὐτὸν περιττῶς*. Sic dicitur *ἀπολύεσθαι τὴν διαβολήν*: Plato Apol. Socr. (27.) *Οὐ ῥᾴ-*

διον ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ μεγάλας διαβολὰς ἀπολύεσθαι. Suid. ἀπολυόμενος exp. * ὑπεραπολογούμενος in h. l. plane simili, Ὁ δὲ πρεσβείας διεπέμπετο, ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς ἃς κατ' αὐτοῦ γενέσθαι ἐπυνθάνετο. Basil. in quadam ad Andronicum Epistola, Καὶ τὰ μὲν ἀπολυόμενος τῶν ἐγκλημάτων, τὰ δὲ ἱκετεύων. Plut. Fabio, Δι' ἔργων ἀπολύεσθαι τὸν λακωνισμὸν ἐβούλετο. || Pass. autem voce simul et signif. Ἀπολύομαι, Solvor, Exolvor, Diosc. 1, 38. Ὥριμοι δέ εἰσιν οἱ κρότωνες ὅταν ὑπὸ τῶν περιεχόντων αὐτοὺς σφαιρίων ἀπολύωνται, Cum exolvuntur orbiculis eos amplectentibus. Quanquam vulgo redditur Eximuntur. Citatur ex Hermog. Ἀπολελύσθαι εἰς μῆκος, pro In longitudinem laxari et libere produci: ut vicissim dicitur Latine aliquid In angustias constringi. || Dimittor, Abdicor: ut ἀπολυθῆναι τῆς ἀρχῆς, Abdicari magistratu. Aliquando Remittor. || Absolvor: Τοῦ ἐγκλήματος ἀπολύεσθαι, A crimine absolvi. Bud. ἀπολύεσθαι docens esse ἀποφεύγειν, Absolvi, citat Thuc. (1, 95.) Τῶν μὲν ἰδίᾳ πρός τινα ἀδικημάτων εὐθύνθη, τὰ δὲ μέγιστα ἀπολύεται μὴ ἀδικεῖν. Alibi autem ait, Ἀπολύεται ὡς οὐκ ἀδικεῖ, i. valere q. κρίνεται οὐκ ἀδικῆσαι: quod sc. sit ἐπιπλεκόμενον verbum κρίνω in verbo ἀπολύω. || Neutra autem signif. Ἀπολύομαι, Discedo, Proficiscor, Polyb. (6, 58, 4.) Καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, πάλιν ἀπελύετο, Rursum discedebat: non, ut vulgo exp., Rursum remittebatur. Sic ἀπόλυσις ap. Eund. Discessus, Profectio. Locum autem illum Polybii habes pleniorem in Λύω. [" Ἀπολύω, Markl. Iph. p. 312. Jacobs. Anim. 307. Anth. 10, 99. Huschk. Anal. 221. 241. ad Diod. S. 1, 135. 199. 283. 2, 297. 432. 493. 532. 623. Heyn. Hom. 6, 91. Lobeck. Aj. p. 300. Thom. M. 98. 860. 892. 893. ad Charit. 439. 440. 501. 504. Wakef. S. Cr. 3, 167. 4, 184. Toup. ad Longin. 394. Ammon. 112. et n., ad Herod. 312. Absolvo reum, 188. 189. 312. ad Charit. 239. 714. ad Diod. S. 2, 122. ad Xen. Mem. 4, 8, 5. Heyn. ad Apollod. 329. Pierson. ad Mœr. 12. Dimitto, Dionys. H. 3, 1630. De repudio, 1, 291. ad Diod. S. 1, 490. Conf. c. ἀπολλύω, Heind. ad Plat. Gorg. 169.; cum ἀποδύω, Wyttenb. Select. 432. Ἀπολύω τινὸς, ad Xen. Mem. 2, 2, 4. Ἀπολ. μὴ, Thuc. T. 1. p. 178. Bip. Ἀπολύομαι, Wyttenb. Ep. Cr. 59. Bibl. Crit. 3, 2. p. 17. Thom. M. 98. ad Herod. 528. 535. 644. ad Lucian. 1, 525. ad Phalar. 219. Kuster. V. M. 72. Crinagor. 31. Dionys. H. 1, 220. 3, 1438. 1446. Discedo, 1, 584. Diluo, 2, 1174. 1175. De act. et med., Heyn. Hom. 8, 245. Pass. cum dat., 394. Ἀπολύεσθαί τινι, Boeckh. in Plat. Min. 107. Ἀπελυσάμην, pass., Kuster. V. M. 146. Ἀπολελυμένα ῥήματα, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 243. Steph. Dial. 38. Bast Lettre 93. Genus dicendi ἀπολελυμένον, Heyn. Hom. 4, 493." Schæf. Mss.] " Ἀ-" πολελυμένως, Solute, Libere, s. Absolute, Hermog." [" Moschop. π. Σχεδ. 190. Phrynichus Bekkeri p. 3. * Ἀπολυτέον, Oribas. de Fract. 12. p. 97." Kall. Mss.] Ἀπόλυσις, Liberatio, Absolutio. || Refutatio. || Discessus, Profectio, Polyb. 4, (10, 9.) Ποιήσασθαι τὴν ἀ. ὁπόταν αὐτοῖς δοκῇ συμφέρειν: (13, 5.) Κατασύραντες δὲ τὴν Σικυωνίων χώραν, τέλος κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἐποιήσαντο τὴν ἀπόλυσιν. || Decessus, i. e. Obitus: in Testamento Lyconis ap. Diog. L. (5, 71.) Τῶν δὲ ἐν Αἰγίνῃ μοι γενομένων μερῶν μετὰ τὴν ἐμὴν ἀ. τὴν καταχωρησάτω Λύκων τοῖς νεανίσκοις εἰς * ἐλαιοχρηστίαν, [al. ἐλαιοχριστίαν, Unctionem olei, vide Nostrum in voce. Ἐλαιοχρηστία autem in Menagii Edit. vertitur, In usum olei. " Ἀπόλυσις, Jacobs. Anim. 307. Huschk. Anal. 221. ad Phalar. 218. Decessus, Diod. S. 2, 293." Schæf. Mss. Hippocr. 229, 19. νοσημάτων.] Ἀπολύσιμος, ὁ, ἡ, Liberativus, Absolutivus. Bud. ἀπολύσιμος et καταλήψιμος significare scribens, Ad absolutionem et deprehensionem damnationemque conducens, et incitans, citat h. Antiphontis l. (700.) Εἰ δέ τις κοινὴν μὲν τὴν πρᾶξιν, κοινὴν δὲ τὴν ἀτυχίαν αὐτῶν ἡγούμενος εἶναι, μηδέν' ἀ. μᾶλλον ἢ καταλήψιμον ἐκ τῶν λεγομένων γινώσκει αὐτῶν ὄντα, καὶ οὕτως ἀπολύειν μᾶλλον ἢ καταλαμβάνειν δίκαιόν ἐστι. [" Ad Herod. 312." Schæf. Mss. * " Ἀπολυσμὸς, Theodoret. Opp. 2, 401." Kall. Mss.] Ἀπόλυτος, ὁ, ἡ, Solutus, Liber factus, Greg. Naz., Dionys. de Myst. Theol. Τῇ γὰρ ἑαυτοῦ καὶ πάντων ἀσχέτῳ καὶ ἀπολύτῳ καθαρῶς ἐκστάσει, πρὸς τὴν ὑπερούσιον κ. τ. λ. [" cf. Creuzer. p. 68." Boiss. Mss.] Ubi ἄσχετον καὶ ἀ. ἔκστασιν appellat, Budæo teste, Mentis temporariam abstractionem non modo ab omnibus concretis, sed etiam a seipsa et ab homine. Apud eund. Dionys. dicuntur ἀπόλυτα, item ἁπλᾶ, ea, quæ δίχα συμβόλων νοεῖται καὶ ἐποπτεύεται ὡς ἔχουσι, ubi videntur ἀπόλυτα esse Absoluta, i. e. Quæ absolute et per se accipiuntur. Sic autem usurpant Absolute Grammatici. [" Τὸ ἀπόλυτον, Gradus positionis comparationis, i. q. τὸ θετικὸν, ap. Gramm. Schol. Il. M. 458." Seager. Mss. " Lucian. 2, 64. Timæi Lex. 227. Heyn. Hom. 4, 548. 8, 595. Bast Lettre 94." Schæf. Mss.] Ἀπολύτως, Solute, Libere, Absolute. Affertur autem pro Absolute e Can. Conc. Chalced. 6. Pro ἄνευ προσδιορισμοῦ habetur ap. Philop. || Apud Dionys. autem pro ἀναιτίως καὶ παντελῶς, inquit Bud., ubi πάντῃ καὶ ἀ. ἀγέννητον appellat Deum, h. e., A nulla causa præcedente productum. [" Absolute, Eust. 53, 28. Chrys. in Ep. ad Tit. Serm. 5. T. 4. p. 402." Seager. Mss. " Steph. Dial. 42. Brunck. ad Æsch. Pers. 299. Heyn. Hom. 8, 369. 631." Schæf. Mss.] Ἀναπόλυτος, Non solutus, Qui absolvi non potest, Non absolutus. Quidam ἀναπόλυτα sunt interpretati Non absoluta, Quæ non absolute et per se intelliguntur. [* " Δυσαπόλυτος, Erot." Wakef. Mss.] " Δυσαπολύτως, Ita ut difficulter absolvi et avelli " queat, Galen. Ἐμπεπλασμένον δ. τοῖς χιτῶσι τῆς " κοιλίας." [* " Ἐναπόλυτος, G. Lecapen. in Matth. Lectt. Mosq. 62." Boiss. Mss.] Εὐαπόλυτος, Qui facile absolvi potest. [" Ruf. Eph. 56." Wakef. Mss. * Ἀπολυτικὸς, Theophyl. 3, 636. * Ἀπολυτικῶς ἔχειν τινὸς, Propensum esse ad aliquem absolvendum, Xen. Ἑλλ. 5, 4, 25. * " Ἀπολυτίκιον, Chrys. Liturg. T. 6. p. 1004, 39." Seager. Mss. * Προαπολύομαι, Clem. Alex. Strom. 325. * " Προσαπολύω, Anon. in Vita Isocr. ap. Mustox. Syll. Fasc. 3. p. 10." Boiss. Mss.]

Διαλύω, Dissolvo. Et Διαλύομαι, Dissolvor, de quo infra. Isocr. ad Phil. συστῆσαι et διαλῦσαι inter se opp., ut Cic. Coagmentare et Dissolvere. Greg. διαλύεσθαι cum διαχέεσθαι copulavit, Διαχέονται γάρ πως καὶ διαλύονται δι' ἡδονῆς οἱ τοῦ σώματος πόροι τῶν ἔκ τινος ἡδείας ἀκοῆς διαλυθέντων, Aperiuntur enim et dissolvuntur per voluptatem in corpore foramina eorum, qui ex jucundo auditu hilaritate diffunduntur, Turn. Et διαλύειν τὰς φιλίας, ut Lat. Dissolvere amicitias. Quod et passive διαλύεσθαι ap. Aristot., ut videbis in Comm. Bud. 64. || Item διαλύειν τὰ χρέα, ut Lat. Dissolvere æs alienum, qua in signif. utitur Arrian. (7, 10, 6.) voce pass. Dicitur vero et διαλύειν τὰ χρήματα, a Dem. (460.) Item διαλύειν sine adjectione, ab Eod., ut videbis in ead. illa p. 64. Affertur autem et διαλύειν τὴν δαπάνην, ex Herod. pro Sumtum suppeditare. Et pag. proxime seq. διαλύεσθαι ex Aristot. pro Absolvi, de creditore, qui suum recepit. || Διαλύω, vel Διαλύομαι, Dissolvo, s. potius Dirimo, Discutio, Interrumpo: ut διαλύειν τὸν λόγον, Isocr. Οὐ γὰρ διαλυόμεθα τοὺς πολέμους, ἀλλ' ἀναβαλλόμεθα. Et, Διαλύεσθαι τὰς συνουσίας, Plato, Conventus et colloquia dirimere: quæ exempla Bud. affert p. 64. addens et, Τὰ πλεῖστα τούτων διέλυσα, ex Isocr. pro Dissolvi et Discussi. Adjici autem illis possunt et alia pleraque, in quibus verbum istud aliis accusativis jungitur: ut διαλύειν τὸν ξύλλογον, ap. Thuc. (2, 12.) item τὸ ναυτικόν. Itidemque ap. Xen. (Κ. Π. 6, 1, 7.) Διαλύειν τὴν πανήγυριν, et τὸ στράτευμα, τὴν στρατιὰν, pro quibus dicit Herodian. (5, 2, 6.) διαλύειν τὸ στρατόπεδον: quibus tamen ll. magis convenit verbum Dimittere, quam ea, quæ a Bud. afferuntur: sic autem pass. Διαλύεσθαι ipsemet Bud. exp. Dimitti a comitatu, Abire, Thuc. Possit vero fortasse διαλύειν reddi etiam Finire, in illis, quæ affert, exemplis, διαλύειν τὸν λόγον, et in διαλύεσθαι τὰς συνουσίας, sicut et ap. Plut. in διαλύειν τὸ συμπόσιον. At vero in illo διαλύειν τὸν πόλεμον, sicut et in διαλύειν τὰς μάχας ap. Herodian. (4, 15, 10.) itidemque in διαλύειν τὰς διαφορὰς et τὰς ἔχθρας ap. Isocr., et διαλύειν τὴν ταραχὴν, ap. Plut.,

libenter verbum Dirimere retinuerim. || Affinis autem est huic Dirimendi signif. ea, qua ponitur pro Dirimere controversiam, Transigere negotium judiciale, vel alias controversiosum: cujus signif. exemplum e Dem. habes ap. Bud. p. 64. || Quod autem Idem tradit, hoc verbum accipi etiam pro Pacem et fœdus icere, ac componere, afferens ex Isocr. Ἐξ ὧν ἐξέσται τὰς πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας διαλύσασθαι, in eo illi nequaquam assentior; cum enim addatur hic accus. ἔχθρας, quid aliud est διαλύεσθαι quam Dirimere? At vero in h. ejusd. Isocr. l. in Panegyr. Βουληθέντες μετὰ λόγου, ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας διαλύσασθαι τὰ πρὸς ἀλλήλους, possumus exponere Componere res suas, Transigere et decidere: ut Cic. interdum hæc duo verba copulat. Sed διαλύειν τινὰς pro Componere litem inter aliquos, Pacem facere, cum accus. personæ, vide ex eod. Isocr. et e Polyb. in ead. illa p. || Διαλύομαι active pro διαλύω sumi in variis loquendi generibus, apparet e ll. in Διαλύω cc. Adduntur autem et ista, διαλύσασθαι τὰς διαβολὰς, ex Isocr. pro Dissolvere s. Diluere calumnias: et διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα, pro Diluere crimina; sed malim etiam in διαλύσασθαι τὰς διαβολὰς uti verbo Diluere. Affertur autem et e Thuc. διαλύειν τὴν διαβολὴν, passivo redditum verbo, sc. Absolvi crimine. At vero διαλύεσθαι pass. signif. pro Dissolvi, in prima quidem sua signif. posito, frequens est: unde, Διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου, Cic. ap. Xen. (K. Π. 8, 7, 3.) vertit, ut videbis in meo Cic. Lex. p. 43. Cum hominis natura morte dissolvitur. Item, Τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, in quodam Stoico dogmate, p. 56. ejusd. l., Quod enim dissolutum sit, id esse sine sensu. Ut autem dicitur homo διαλύεσθαι, sine adjectione, ita et διαλύεσθαι τοῦ σώματος, hunc quidem sequendo l., qui e Plat. affertur de LL., Διαλυθέντες τῶν σωμάτων, pro Soluti corporibus; atque ita fuerit plane comp. διαλυθέντες, si mendo caret ille l., pro simpl. λυθέντες. Alicubi autem διαλύεσθαι aptius redditur Dissipari quam Dissolvi: Herodian. 6, (7, 2.) Ὃς (στρατὸς) ἅπαξ διαλυθεὶς, οὐ ῥᾳδίως ἠθροίζετο, ἅτε μὴ συντεταγμένος, μηδὲ συνεστὼς κ. τ. λ. At vero διαλύεσθαι pro Absolvi, s. Dimitti, dictum de creditore, qui suum recepit, vide ap. Bud. 65. Item, A comitatu dimitti, Abire, ab eo exp. in Thuc. (2, 12.) Ὁ δὲ ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἐγένετο, καὶ ἔμελλε διαλύεσθαι, τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο. Hoc tamen sciendum est, ap. eund. Scriptorem, passim cum dicit διελύθησαν κατὰ πόλεις aut διελύθησαν κατὰ ἔθνη exponi διελύθησαν non Dimissi sunt, sed Digressi sunt. Quidam vero in hoc Ejusd. l., Διελύθησαν ἐπ' οἶκον ἕκαστοι, In suam quisque domum dilapsus est. His addo et διαλυθείσης τῆς νόσου, quod in VV. LL. redditur Remittente morbo. At ego malim Discusso morbo: sicut et act. διαλύειν pro Discutere poni dictum antea fuit. || Διαλελυμένος pro Dispersus, Nullo ordine dispositus: ut a Bayf. redditur in Polyb. 16, (2, 6.) Συνέβη δὲ τὸν ἀνάπλουν αὐτῶν γενέσθαι διαλελυμένον. [" Perdo, Aristoph. Λ. 655." Seager. Mss. " Philippus 79. Wakef. S. Cr. 4, 156. ad Diod. S. 1, 337. 356. 2, 274. 404. Heind. ad Plat. Gorg. 40. Abresch. Lectt. Aristæn. 256. Toup. Opusc. 2, 163. 188. ad Il. Γ. 375. Fischer. Ind. Palæph. Valck. Diatr. 240. ad Charit. 307. Plut. Mor. 1, 240. Phalar. 196. 219. ad Lucian. 1, 476. ad Herod. 511. Persolvo, Phalar. 326. Phryn. Ecl. 172. Pacem inter aliquos compono, Hom. T. 1. p. 2. Ern. Hinc Lat. Diluo, Fischer. Descr. Lectt. 1792-3. Digredior, Bibl. Crit. 3, 2. p. 90. Διαλύω τὸ στρατόπεδον, Diod. S. 1, 673. ἔχθραν, 674. βλάβην, Dionys. H. 1, 529. cf. 556. Διαλύομαι, T. H. ad Plutum p. 381. Diod. S. 1, 461. Wakef. S. Cr. 5, 129. Porson. Or. 1694. Act., med., Kuster. V. M. 63. 77. Διαλυθεὶς τῆς διαφορᾶς, Diod. S. 1, 725. 2, 631. * Διαλελυμένως, Mœr. 414. Toup. Opusc. 1, 409." Schæf. Mss. " Greg. Cor. Dial. Att. 21. Moschop. π. Σχ. 138. Schol. Soph. Œd. T. 315. Eust. Od. E. p. 208." Boiss. Mss. Il. A. p. 48, 29. Od. Θ. 307, 19. Schol. Aristoph. Σφ. 1363. Λ. 231. Soph. Aj. 613. El. 545. Athen. 676.] Διάλυσις, Dissolutio, Philo de Mundo, Πάνθ' ὅσα τῶν συν-

A θέτων φθείρεται, διάλυσιν εἰς τὰ, ἐξ ὧν συνετέθη, λαμβάνει, ubi διάλυσιν λαμβάνει est pro διαλύεται, Dissolvuntur in ea, e quibus composita sunt. A Thuc. autem dicitur διάλυσις de pontibus, l. 1. sicut Herodian. dixit λύειν τὴν γέφυραν, Pontem. Apud Eund. autem eod. l. (c. 51.) Διάλυσιν ἐποιήσαντο exp. Solutis ordinibus disjuncti sunt. || Dissolutio, ab ea signif., qua dicitur Dissolvere æs alienum, Solutio, Persolutio, ἔκτισις καὶ καταβολή. Et Gratiæ relatio, Plut. Ἡ διάλυσις τοῦ φιλανθρωπεύματος. Bud. || Ἐν διαλύσει τῆς κοινωνίας, e Plat. de Rep. affertur pro In finienda societate: sicut διαλύειν pro Finire accipi ab eo dictum antea fuit. Sic autem in l. Luciani, quem habes paulo post, potest διάλυσις Finiendi signif. habere: nisi malis accipere pro eo, quod Gallice dicitur Appointement, Accord. || Compositio, Pacificatio, Polyb. (5, 29, 4.) Καὶ προδιειληφὼς ἀποτρίβεσθαι τὰς διαλύσεις, quod Bud. vertit, Statuens rejiciendam esse componendarum discordiarum pacificationisque mentionem. Lucian. (1, 846.) Ὥστε
B ἐδόκει αὐτῷ ἤδη σπένδεσθαι, καί τινα εὐπρεπῆ δ. εὑρίσκεσθαι τοῦ πολέμου, ubi animadverte addi gen. πολέμου, et confer cum iis, quæ de διαλύειν τὸν πόλεμον dicta fuerunt antea. Exp. et Fœdus ab Eod.: pro qua signif. habent VV. LL. e Plut. Numa, Διαλύσεις πράξων ὑπὲρ τῶν πολιορκουμένων. Item ex Eod. in Popl. Πρὸς τὰς δ. ἥδιον ἔσχε. [" Figura Orationis, cum conjunctiones eliminantur, Demetr. Phal. de Elocut. 61. Δ. πυλῶν, Æneas Poliorc. c. 24." Seager. Mss. " Phryn. Ecl. 121. Thom. M. 821. Jacobs. Anim. 307. Huschk. Anal. 221. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 223. ad Diod. S. 1, 203. 240. 2, 120. 128. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 103. Ep. Cr. 59. Toup. Opusc. 2, 35. Lennep. ad Phal. p. 4. 219. Grammatice, Koen. ad Greg. Cor. 197. 199. Mors, Interitus, Lucian. 1, 526. Conf. c. σύλλ., ad Diod. S. 2, 524. * Διαλυσίφιλος, Jacobs. Anth. 10, 175." Schæf. Mss.] Διαλυτής, Dissolutor, Thuc. 3, (82.) Τῆς τε ἑταιρίας δ., [Plut. Arato 6. διαλυταὶ κλίμακες.] Διάλυτος, Dissolutus. Et τὸ δ. substan-
C tive, Dissolutio, Inconnexio, Genus figuræ, quæ et ἀσύνδετον, VV. LL.; sed si SIT Διαλυτὸς cum accentu in fine, significabit Dissolubilis, Qui dissolvi potest, sicut Λυτὸς est Solubilis. [" Ad Diod. S. 1, 130." Schæf. Mss.] Ἀδιάλυτος, Indissolubilis, Qui dissolvi non potest, [Plato Phædro 80. Dionys. H. 1, 332. * Ἀδιαλύτως, Polyb. 18, 20, 4.] " Δυσδιάλυτος, Ægre dissolubilis, Qui difficulter potest dis-" solvi. Galen. Δυσδιαλύτοις καὶ * δυσμασσήτοις. || Æ-" gre reconciliabilis, Difficulter iram deponens. Ari-" stot. Ethic. 4. Οἱ δὲ πικροὶ, δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν " χρόνον ὀργίζονται," [Athen. 53.] Εὐδιάλυτος, Qui " facile dissolvi potest, [Athen. 87. Strabo 6. p. 419.] AT VERO Διαλυτικὸς active capitur, pro Dissolvendi vim habens aut facultatem, vel Discutiendi. Et Discussoriam vim habens, VV. LL. e Plin. [Hippocr. Aphor. 50, 35. Plato Tim. 60. 281. * Ἀναδιαλύω, Chandler. Inscr. p. 23. * Ἀποδιαλύω, Oribas. Coll. Cod. Ms. 6, 21. Τὰς νωθρότητας ἐκ τῶν ὕπνων ἀποδιαλύουσι. * Ἐπιδιαλύω, ibid. 6, 8. * Προ-
D διαλύω, Aristot. Probl. 2, 788. * Συνδιαλύω, Dem. 897. Lucian. 3, 524. " Aristæn. 1, 5." Boiss. Mss.]

Ἐκλύω, Exolvo, ea signif., qua Plaut. dixit Exolvere vinculis, Plin. Exolvere solicitudine, Sil. Pondere exolvi. In qua signif. accipitur etiam ἐκλύομαι. Cebes Theb. Ἐξ ὧν οὐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτοὺς, Quibus se exolvere et expedire nequeunt, Polyb. 16, (6, 12.) Πάλαι κακῶς πάσχοντες ἐξέλυον ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ κινδύνου, Jamdiu male mulctati se a periculo liberarunt. Od. K. (286.) Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι ἠδὲ σαώσω. Sic Plato de LL. 12. p. 948. Μεγάλων σφᾶς ἐκλύονται κατὰ πολλὰ ζημιῶν, A mulctis et noxis expediunt et exolvunt, Bud. Et Soph. Tr. (20.) Ὅς εἰς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης, Ἐκλύεταί με, Me exolvit et liberat, ἀπαλλάττει με καὶ ἐλευθεροῖ, Schol. Ead. signif. ex (Aj. 531.) affertur diversa a præcedentibus constructione, φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην, pro ἐξήγαγον ῥύσασθαι θέλουσα, Eum eduxi servare volens, ἠλευθέρωσα, Eripui. || Exolvo, Dissolvo, Cic. Exolvere vel Dissolvere æs alienum. Unde ἐκλυθὲν,

Exolutum, Dissolutum, Solutum, ἀποδοθὲν, Plut. "Αχρις ἂν ἐκλυθῇ τὸ δάνειον, Bud. || Dissolvo, i. e. Destituo, Relinquo, Abjicio, Dem. (234.) Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠλπίσατε τὴν εἰρήνην ἔσεσθαι, πάσας ἐξελύσατε [—ασθε] τὰς παρασκευὰς τοῦ πολέμου, Bud. || Solvo, ea signif., qua dicit Virg. Membra solvuntur frigore, i. e. Enervo, Philo V. M. 1. Ἐκλύοντες καὶ παριέντες αὐτῶν τὰ φρονήματα, Spiritus eorum frangentes ac debilitantes. Pro Fatigo, Lasso, Labore conficio, Bud. ex Aristot. H. A. 9. Et ἐκλύομαι, Membra mihi solvuntur, Enervor, Debilitor, Plut. (6, 613.) de Arione a delphinibus vecto, Διὰ τάχος καὶ ῥοῖζον ἐφαίνετο τῆς φορᾶς ἐκλελυμένος καὶ κεκμηκὼς, Debilitatus et languidus. Similiter et Bud. ἐκλύεσθαι interpr. Fatiscere, Lassescere, Languescere, Defici, ap. Isocr. π. Ἀντιδόσ. (21.) "Ινα οὖν μὴ παντάπασιν ἐκλυθῶ, πολλῶν μοι λεκτέων ὄντων, ἀνάγνωθι τὰ περὶ ἡγεμονίας. Aristot. Probl. Διὰ τί ἐκλύεται μάλιστα τῶν ζώων ἀφροδισιάσας ὁ ἄνθρωπος; Idem, Διὰ τί οἱ ἀφροδισιάζοντες ἐκλύονται καὶ ἀσθενέστεροι γίνονται, Deficiuntur viribus et languescunt, Bud. Item in VV. LL. Ἐκλελυμένος πρὸς τὸν πόλεμον, Viribus defectus ad gerendum bellum. Nec multum diversa signif. ἐκλύεσθαι et λειποθυμεῖν a Gal. ad Gl. συνωνύμως usurpari testatur Bud. Quo sensu et ἐκλύεσθαι ψυχῇ, Animo defici et concidere, reperio in VV. LL. Et ἐκλυόμενοι, Otio marcentes et segnes, Bud. e Plut. || Dissolvo, ut dissolvuntur ea, quæ in massam unam coagmentata et concreta fuere, Gal. ad Gl. Ἐκλύων ὄξει δριμυτάτῳ, ubi exp., Macerans aceto et diluens. || Dirimo, ut dicitur Dirimere dissidium inter aliquos exortum, quod et λύω dicitur, Dem. (114.) Ἐκλύσας τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔριν ὑμῶν καὶ φιλονεικίαν. || Solvo, Resolvo, Laxo, vocab. Medicorum de ventris s. Alvi astricti resolutione: sicut et ipsum λύω usurpatur. E Diosc. 4, 266. Ἐκλύουσι κοιλίαν, Resolvunt ventrem. || Ἐκλύειν στόμα dicitur etiam is, qui loqui parat: Ovid. Ora sono resolvere, Solvere linguam ad jurgia. Soph. Aj. (1225.) Δῆλος δέ μοι 'στὶ σκαιὸν ἐκλύσων στόμα,* quod et ῥῆξαι φωνὴν, ut Lat. Rumpere vocem. || Pro Discedo, affertur ex 2 Macc. 13, (16.) Ἐξέλυσαν εὐημεροῦντες, Recesserunt re feliciter gesta. [" Wakef. Trach. 654. Jacobs. Anim. 314. Anth. 6, 91. 7, 114. 11, 130. Brunck. Apoll. Rh. 43. Villoison. ad Long. 163. Argum. Aristoph. Nub., ad Diod. S. 2, 91. 355. Thom. M. 858. Heyn. Hom. 5, 54. Lobeck. Aj. p. 300. Lucian. 1, 57. Valck. Hipp. p. 250. Enervo, ad Diod. S. 2, 472. Heind. ad Plat. Gorg. 92. Conf. c. ἐλκύω, Wyttenb. ad Plut. 1. fin. Ἐκλελυμένος, Gell. N. A. 1, 2. ad Diod. S. 1, 251." Schæf. Mss.] "Ἐκλελυμένως, Exolute s. Solute, Re- " misse," [Plut. Lyc. 18.] "Εκλυσις, ἡ, Exolutio, Solutio: ἔκλυσις τῶν δεσμῶν, Solutio vinculorum, Greg. Naz. || Enervatio, qua signif. affertur e Diosc. 3. Πρὸς ἔκλυσιν τῶν ἀφροδισίων, Ad debilitandam et enervandam venerem, Ad discutiendam. || Animi viriumque defectio, deliquium, ἔκλυσις, ἡ λειποθυμία, Gal. ad Gl. et Aët. 5. [" Wakef. S. Cr. 5, 100. Toup. Emendd. 1, 419. Conf. c. ἔλκυσις, Boiss. Philostr. 458." Schæf. Mss.] "Εκλυτος, ὁ, ἡ, Exolutus, Enervatus, Viribus fractus, defectus, Languidus, Diosc. *"Εκνωθροι γίνονται καὶ ἔκλυτοι. || Dissolutus, Greg. Naz. "Εκλυτος στρατὸς τοῦ Διονύσου, In omnem licentiam dissolutus, Bud. ||"Εκλυτοι καὶ τεθρυμμέναι ἐν τῇ ἐσθῆτι πρόοδοι, Soluti in vestibus et fracti incessus, e Can. ult. Concil. Gangr. || Hesychio ἔνδοξος, τίμιος. [Plut. 6, 25. "Jacobs. Anth. 10, 156. Boiss. Philostr. 387. Thom. M. 463. Add. ad 908. ad Mœr. 190. 199." Schæf. Mss.] Ἐκλύτως, Solute, Expedite, Plut. Lyc. (17.) Σώματος ἐκλύτως καὶ ῥᾳδίως ἐπιδιδόντος, Corporis facile expediteque crescentis. "Δυσέκλυτος, " Ægre exolubilis, Qui vix exolvi potest. Hesychio " non solum δυσχερῶς λυόμενος, sed etiam δυσεύρετος, " Inventu difficilis." [* Δυσεκλύτως, Æsch. Pr. 60. * Ἐκλυτικὸς, Creuzeri Initia Philos. ac Theol. e Plat. Fontibus ducta, 2, 104.] Ἐκλυτήριον, τὸ, Solutio, VV. LL. [Soph. Œd. T. 392.] Ἀπεκλύω, Exolvo, Dissolvo, Resolvo, Alex. Aphr. Probl. 1. Ἀπεκλύει τὸν τόνον αὐτοῦ. [" Ad Charit. 297." Schæf. Mss. * Διεκλύω, Suid. 1, 69. Gal. Lex. Hippocr.] " Ἐπε-

A " κλύω, exp. simpliciter Exolvo, Debilito, Infringo." [* Προεκλύω, Polyb. 15, 16, 3. * Προσεκλύω, Athen. 45. * Συνεκλύω, Anthol. 6. p. 552. * Ὑπεκλύω, Joseph. B. J. 7, 8, 5. Hippocr. 600, 26. * Ὑπέκλυμα, Plut. 8, 774. al. * Ὑπέκκαυμα.]

Ἐπιλύω, Solvo, Dissolvo. In qua signif. et ἐπιλύομαι capitur. Herodian. 4, (12, 14.) de Macrino, cui σύνδεσμος ἐπιστολῶν ab Antonino inspiciendus tradebatur, Καθ' αὑτὸν γενόμενος, τάς τε ἄλλας ἐπιλύεται ἐπιστολὰς, Epistolis seorsim omnibus solutis, Polit. || Solvo nodum alicujus quæstionis, Explico, Marc. 4, (34.) Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα: Privatim autem discipulis suis explicabat omnia, ubi vulg. versio habet Edisserebat, i. e. ἔφραζεν, ut Matth. loquitur 13. Ead. signif. in pass. Act. Apost. 19, (39.) Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται, In legitima concione explicabitur. || At Suid. ἐπιλυομένου exp. συγχωρουμένου. [" Ad Charit. 704. Fischer. Ind. Palæph. v. Διαλ., P. Abresch.
B Paraphr. 197. Interpretor, Jacobs. Anth. 12, 349. Ἐπιλύεσθαί τινι, Boeckh. in Plat. Min. 107." Schæf. Mss. " Fischer. ad Plat. Critone 1. n. 10." Boiss. Mss.] Ἐπίλυσις, ἡ, Solutio, ut solutio nodi difficilis et intricati, Explicatio. || Accessus, ἔφοδος. Apud Suid. Ὁ δὲ πέμπει Ἰωάννην ὡς ἂν προφυλακῇ χρήσοιτο καὶ * προκαταμάθοι τὴν ἐπίλυσιν τῶν βαρβάρων: nisi forte scribendum ἐπήλυσις. [Schleusner. Lex. N. T. " Fischer. Ind. Palæph. v. Διάλ., P. Abresch. Paraphr. 197." Schæf. Mss.] At Ἐπιλυσία in VV. LL. dicitur esse Genus morbi. Ἐπιλυτικὸς, Explicandi et nodosas quæstiones solvendi peritus, Suid. de Sosibio, Γραμματικὸς ἦν τῶν ἐ. καλουμένων, i. e. λυτικῶν, Bud. [" Eichst. de Dram. Sat. p. 8." Schæf. Mss.]

Καταλύω, Dissolvo, Everto, Destruo, Aboleo, Il. I. (24.) "Ος δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα, Ἠδ' ἔτι καὶ λύσει. Sic in illo celebri versu Oraculi Crœso redditi, Κροῖσος "Αλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει, ubi tamen καταλύειν redditur Pervertere, non E-
C vertere; hæc est enim ap. Cic. de Divin. 2. interpretatio hujus versus, Crœsus Halyn penetrans, magnam pervertet opum vim. Sic Thuc. Καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχάς: 8. Καταλῦσαι τὸν δῆμον, Dem. (1333.) Ὁ δῆμος καταλύεται, Isocr. Paneg. Καταλύσαντες τὴν τῆς βουλῆς δύναμιν. Itidem vero Xen. hoc verbo usus est, de eversione democratiarum loquens, sed in pass. voce, initio suæ Pædiæ, "Οσαι δημοκρατίαι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν κ. τ. λ.: et mox ἀνῄρηνται ead. signif., sed et de tyrannis subjungit, Οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ταχὺ πάμπαν κατελύθησαν. Imitans autem fortasse Xen., Herodian. dixit et ipse in suæ Historiæ Præfatione de regibus, Εὐθέως κατελύθησαν, ubi Polit. κατελύθησαν vertit Imperium amiserunt. At vox activa extat et ap. Aristoph. Πλ. (141.) τοῦ Διὸς Τὴν δύναμιν—καταλύσεις. Sed his aliisque exemplis hujus signif., quæ afferri multa possunt, addo quod et Bud. prætermisit: dici sc. sicut καταλύω τὴν ἀρχήν σου, τὴν σὴν ἀρχὴν, ita etiam καταλύω σε τῆς ἀρχῆς: legitur enim ap.
D Xen. K. Π. 8, (5, 12.) p. 135. Ἢ ὑμεῖς, ὦ πολῖται, φθονήσαντες τούτῳ τῆς δυνάμεως, καταλύειν πειράσεσθε τοῦτον τῆς ἀρχῆς. Quam constr. huic verbo ante Xen. Herod. dedit. Sic autem et Lat. suo verbo Evertere cum casu personæ simulque casu rei usi comperiuntur, sed ablativum, non genitivum accusativo personæ addentes; dicunt enim Evertere aliquem bonis, fortunis, quo loquendi genere post Plautum et Cic., est usus. Sed Thuc. cum eod. gen. et pro ead. signif. posuit verbum παρέλυσε, ut docebo in Παραλύω. || Pro Dissolvo, Solvo, in quibusdam loquendi generibus, in quibus alioqui et simplex λύω adhibetur: Καταλύειν τὴν γέφυραν, Herodian. quod alibi λύειν: τὴν σκηνὴν, Xen. quod alibi λύειν. Apud Hom. itidem καταλύειν ἵππους et λύειν pro eod., aliis tamen aliter exponentibus, ut dicetur in Καταλύω, Deversor. || Finio, ut καταλύειν τὸν πόλεμον, Finire bellum, Thuc. 4. Τὸν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεμον ὑπεδέχετο καταλύσειν, Se finem bello Thracico impositurum. Qua signif. et καταλύεσθαι τὸν πόλεμον dicitur. Paus.

[* Ἀπομάζιος, Opp. K. 4, 93. ἀμνός.] " Ἀρτι- " μαζὲς, Hesychio νέον: sed mendosum videtur." [* " Ἐπιμάζιος, Wakef. S. Cr. 4, 86. Jacobs. Anth. 8, 332. Bianor 15. Agathias 5. ad Diod. S. 2, 527. Ἐπιμάζιον, Pierson. Veris. 18." Schæf. Mss.] Μεταμάζιος, ὁ, ἡ, q. d. Intermamillaris, Qui est medius inter mamillas, s. ambas mammas: unde στῆθος μεταμάζιον ap. Hom. Pectus intermamillare, i. e. Pectoris ea pars quæ est inter ambas mammas, s. mamillas: sicut et Aristot. στῆθος esse dicit διφυὲς τοῖς μαστοῖς. Il. Ε. 19. Ἀλλ' ἔβαλε στῆθος μεταμάζιον. Ad h. autem l. respiciens aliosque hujusmodi, μεταμάζιος scripsi adjectivi forma; cum alioqui in VV. LL. μεταμάζιον duntaxat habeatur tanquam substantivum. || Μεταμάζιον substantive, ap. Anacr. in ea Ode qua Bathyllum sibi depingi jubet, (29, 30.) Μεταμάζιον δὲ ποίει Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ; ubi olim verti Pectus, reddens duos illos versiculos, hisce duobus Latinis, Habeat deinde pectus Manusque Mercuri ambas. Si quis tamen generaliorem illam esse interpr. putet, ita reddat ac si scriptum esset στῆθος μ.: quod modo interpretatus sum. [" Heyn. Hom. 5, 7." Schæf. Mss. * Μονόμαζος, Unam mammam habens, Amazon, Eust. Il. Γ. p. 305, 5.] Ὑπομάζιος, ὁ, ἡ, q. d. Submamillaris, Qui adhuc est sub mamilla, mamma. Quod mollius Gallice sonat, Qui est encore sous la tette. Adhuc lactens,

Infans adhuc lactens. Theophyl. Ep. 62. "Ἄλλος μὲν γάρ ἐστιν ὑπομάζιος, subaud. παῖς, i. e. Filius, ἄλλος τῆς γαλουχίας ἐπαύσατο· ἕτεροι δὲ ἕρπουσι, μήπω τῆς ὀρθῆς βαδίσεως ἀπαρξάμενοι. Alibi autem, sc. Epist. 7., vocavit etiam ἵππον, Equam, ὑπομάζιον, scribens de equarum natura, τὴν ὑπομάζιον ἵππον ὅταν ἐνδεᾶ τῆς θρεψαμένης θεάσοιντο. || Hes. habet Ὑπομάζιον, quod videtur substantivum facere, cum exponit θηλάζον παιδίον: nisi forte cum ὑπομάζιον subaudiri voluit illud παιδίον, aut tale quid. || Ὑπομάζιον, Mamillare: ut quidem in VV. LL. exp. e Martiale, qui ita vocat Fasciam tegentem mamillas, quam possumus et ταινίην μαζῶν appellare, sicut Anacr. ταινίην μαστῶν vocavit, in Ode cujus initium, Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις. Sed Hes. nullam hujus signif. nominis ὑπομάζιον mentionem facit: Suidæ autem verba, e quibus expositio illa sumta fuit, si quidem aliunde etiam non est, aliter potius intelligenda videntur; ait enim ille Ἐπιτίτθιον, i. esse q. ὑπομάζιον, et ὑπὸ τὴν τιτθόν: at ἐπιτίτθιον illa ipsa VV. LL. non afferunt pro Mamillari, sed pro Lactente: junctum sc. cum substantivo παῖδα. Afferunt autem ex Epigr. unde multa poëtica verba collegisse ipsum Suid. satis notum est. Quinetiam apud eund. Gramm. leguntur, Ὑποτίτθια, ὑπομάζια παιδία· καὶ * Ὑπότιτθον ὁμοίως, τὸ ὑπομάζιον. [" Ad Diod. S. 2, 527. Abresch. Lectt. Aristæn. 99. 155. * Ὑπόμαζος, 309. Bion 1, 26. nisi leg. ὑπὸ μαζοί." Schæf. Mss. " * Ὑπομαζίδιοι, Gl. Subrumi.]

[* Μαζίον, Gl. Mamilla, " Heyn. Hom. 5, 7." Schæf. Mss.]

" Μαζιναί, Hesychio sunt μαζοί, Mammæ: si " mendum non est." [* Μάζινος, * Μαζίνης, * Μαζέας s. Μαζὸς, est Piscis, qui Hesychio etiam Λαζίνης: vide notata ad Theophr. Fr. 12, 2. et Corai. ad Xenocr. p. 86.]

Est HINC Ἀμαζὼν quoque, q. d. Carens mamma. SED Ἀμαζόνες dictæ sunt mulieres quædam Scythicæ, s. potius Viragines, altera mamma, dextra sc., carentes, utpote quam sibi exscinderent, s. exurerent, ut ad jaculandum habiliores essent. Alii ἀμαζόνας quasi μονομάζους dictas tradunt, ut α in hac voce μονάδα s. μόνωσιν significet. Servius autem in Virg. duplex etymum affert, ita scribens in Æn. 1. Sane Amazones dictæ sunt quasi ἅμα ζῶσαι, quod simul vivant sine viris, vel quod unam mammam exustam habeant. Hæc ille. Jam vero et tertium traditur etymum, ut sc. ἀμαζόνες nominatæ sint ex α priv. et μάζα, quod utplurimum μάζαις non vescerentur, sed potius κρέασι. Quibus etymologiis adduntur et aliæ. Ab Hom. vocantur ἀντιάνειραι, Il. Γ. 189. Ἤματι τῷ ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. Lege Eust. in Hom., itemque in Dionys. P.: lege item Etym. Meminerunt autem et Historici, si eos adire libeat, et quidem Strabo inter alios. || Sed ἀμαζόνας vocari etiam Pauperes, utpote qui maza careant, testatur Etym. [" Ἀμάζονες, Fischer. Ind. Palæph. Ἀμαζόνων ᾆσμα, Toup. Opusc. 1, 414. * Ἀμαζονομαχία, Potter. ad Lyc. p. 1524." Schæf. Mss. Schol. Il. B. 219.] Extat et aliud earum NOMEN, Ἀμαζονίδες, aliud inquam, quod ad typum attinet, Dionys. P. p. 101. Ed. patris mei, ἐκ γὰρ ἐκείνης Ἰφθίμης φιλότητος ἀμαζονίδων ἐγένοντο, Τήν ποτε Σαυρομάτῃσιν ἐπ' ἀνθρώποισι μίγησαν, Πλαγχθεῖσαι πάτρηθεν ἀπόπροθι Θερμώδοντος, κ. τ. λ. Sic autem et Virg. Amazonidas vocavit Æn. 1. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens. Ubi scribit Serv. Amazonidum derivationem esse pro principalitate. Quod perinde est ac si diceret esse derivatum nomen Amazonides pro primitivo Amazones, s. παρώνυμον, ut loquitur Eust., negans esse dimin. Alibi autem non παρωνύμως factum esse ἀμαζονίδες scribit, sed κατὰ παραγωγήν. " Ἀμαζονὶς, ίδος, ἡ, i. q. Ἀμαζὼν, " nisi quod diminutivi formam habet. Legitur au- " tem ap. Athen. et Quint. Calabrum." [Auctor Axiochi p. 365. " Fischer. Ind. Palæph. Eur. Hipp. p. 2. Valck., ad Diod. S. 1, 157. 221. 224. 261. 273." Schæf. Mss.] Ἀμαζόνειον, ex Amazonum nomine dictus Quidam Atticæ locus, item alius Chalcidis, Plut. Theseo (27.) quem lege. Habes et

A Ἀμαζόνειον ἱερὸν ap. Suid. ex Isæo, necnon Ἀμαζόνειον κέρας. Vide et Harpocr. [" Ἀμαζόνειος, Valck. Diatr. 67. Ἀμαζόνειον, ad Diod. S. 1, 273." Schæf. Mss. * Ἀμαζονικὸς, J. Poll. 1, 134.]

AT Μαζονόμον non a μαζὸς, sed a μάζα derivatur: quare quærendum est in Μάζα: hoc autem Μάζα, post verbum Μάττω, et alia quæ ab eo deducta sunt.

ITEM Μασδὸς Dorice, ut antea dixi, pro μαζὸς, Theocr. 3, (15.) ἦ ῥα λεαίνας Μασδὸν ἐθήλαξεν, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ. [* " Ἀπομάσδων, Ablactans. Au lieu de ce mot d'Alcman, Ed. Welck. p. 52. 1815., M. Hermann propose ἀπὸ μασδῶν." Essais sur les Prépositions, par. J. B. Gail.] Sed ET Μασδὸς est Dor., Eust. " ex Heraclide." [" Heyn. Hom. 5, 653." Schæf. Mss.]

AT VERO Μαστὸς ET Μασθὸς in soluta oratione usitata sunt, i. significantia q. μαζὸς, uti dixi: sed prius illud est usitatius. Diosc., Σὺν μέλιτι δ' ἐπιτιθέμενος ὁ ὀστρακίτης φλεγμαίνοντας μαστοὺς παρηγορεῖ: B pro quibus Plin., loquens itidem de ostracitis lapillis, Illiti cum melle, ulcera doloresque mammarum sanant. Plut. de Puer. Educ., dicit providentiam (divinam) duos μαστοὺς mulieribus tribuisse, ut si gemellos parerent, binos haberent alimenti fontes. Athen. (522.) Ἄτοσσαν τὸν μαστὸν ἀλγήσασαν. Dicitur autem et de brutis: ut ab Aristot. de vitulo marino, Μαστοὺς δ' ἔχει δύο, καὶ θηλάζεται ὑπὸ τῶν τέκνων. Pro quibus habet Plin. Vitulus marinus educat mammis fœtum. At μασθὸς minus usitatum est, uti dixi, ac certe in compositione potius invenitur. De horum autem etymo atque scriptura lege Suid., Ammonium, et Eust., si contentus non sis iis quæ paulo ante dixi. || Μαστὸς, metaph. Tumulus, Collis, i. q. λόφος, Xen. (K. 'A. 4, 2, 4.) p. 65. a tergo Bud. Μαστὸς in retibus quod additur τοῖς ἐνοδίοις, Xen. K. (2, 7.) Τὰ μὲν ἐνόδια ἐχέτω μαστοὺς, J. Poll. || Μαστὸς ap. Paphios, Poculi genus quoddam, ut ap. Athen. (487.) tradit Pamphilus ex Apollodoro Cyrenæo. Legitur tamen ibi, Φησὶ Παφίους τὸ ποτήριον οὕτω C καλεῖν: sed Eust. quoque, quem adi, legisse videtur τὶ pro τό: qui etiam habet Μασθὸς per θ. [" Μαστὸς, Ruhnk. Ep. Cr. 224. Segaar. Epist. ad Valck. 4. Eur. Phœn. 1525. Valck. p. 528. Musgr. p. 231. Ammon. 91. ad Callim. 1, 58. ad Herod. 370. 742. Jacobs. Anim. 318. Anth. 6, 138. 10, 399. Heyn. Hom. 4, 577. 5, 555. 7, 665. Virg. 2, 93. Markl. Suppl. 1137. Thom. M. 448. 598. 869. Nutrix, Valck. Adoniaz. p. 351. ad Callim. 1, 252. Tumulus. Morus Ind. Xen. Anab., ad Herod. 351. ad Diod. S. 1, 213. 2, 218. Jacobs. Anth. 7, 65. Poculi genus, Heyn. ad Apollod. 1167. Μαστὸς mulierum, μαζὸς virorum, sed v. Salmas. ad Achill. Tat. p. 543. cf. Μαζός. Μαστὸν παρέχειν, Ammon. 135. ὑπέχειν, Plut. Mor. 1, 30. Wakef. Ion. 775. 1513. (1392.) Brunck. Soph. 3, 521. Schæf. ad Longum 411. ad Dionys. H. 1, 203. 217. 218. Μασθὸς, Ernest. ad Callim. 324. Toup. Opusc. 1, 244. Valck. Diatr. 287. ad Diod. S. 1, 221. Plut. Alex. 153. Schm., Thom. M. 600. Jacobs. Anth. 7, 298. Wakef. S. Cr. 5, 153. Poculum, Valck. Adoniaz. p. 294." Schæf. D Mss. " Aristæn. 1, 3. p. 8." Boiss. Mss.] " Μαστο- " ειδὴς, Mammæ similis, ut μ. σαρκία ap. Aristot., " quas Gaza vertit Mamillantes carunculas:" [H. A. 1, 820. Sosibius Athenæi 115. " Tzetz. ad Lyc. 534. Strabo 678. Eust. Il. A. 17." Boiss. Mss. * Μαστώδης, Gl. Mammatus, Mammosus. * Μαστοφαγὴς ὠκύπτερος, Clem. Alex. Pæd. 3. p. 298. Schneidero susp.]

[* " Ἄμαστος, Max. Plan. Æsopo p. 41. Bekk. Anecd. 415." Boiss. Mss. " Eust. Ism. 41." Wakef. Mss. * Βαρύμαστος, Strabo 17. p. 1183.] Ἐπιμαστίδιος, Mammæ admotus, Lactens. Quidam ἀνώνυμος ap. Suid., qui θηλάζων exp., Ὁ δὲ νεώτατος παῖς ἐ. ἦν, οὗ ἡ μήτηρ ἀντείχετο. Utitur et Lucian. [2, 564. " Brunck. Soph. 3, 533. ad Diod. S. 2, 527. Markl. Iph. p. 255. Meleager 117." Schæf. Mss.] Pro eod. dicitur ET Ἐπιμάστιος, si Polluci credimus, scribenti l. 2. βρέφος ἔτι ἐν γάλακτι, et ἐπιμαστίδιον, ac ἐπιμάστιον: quibus adjungit, ἄρτι ἀπὸ

θηλῆς, et ἄρτι ἀπὸ μαστοῦ. [Apoll. Rh. 4, 1734.] Aτ Ἐπίμαστος ap. Hom. aliud sonare, atque ab alia origine esse vult Eust., aliique nonnulli: qua de re quid sentiam dicam non multo post, in derivatis a Μαστεύω. [* Καλλίμαστος, Tzetz. Carm. Il. 184. *Λιπόμαστος, Greg. Naz. 2. p. 139.* Μικρόμαστος, Tzetz. Carm. Il. 181. Anteh. 354. * Πολύμαστος, Hieron. in Procem. Comm. ad Ep. Pauli ad Ephes. * Ποτιμάστιος, Schol. Soph. Œd. C. 378. * "Ὑπομάστιος, Hoeschel. ad Sirac. p. 445." Schæf. Mss. * Ὑπομαστιαῖος, Lactens, 3 Macc. 3, 20. Cod. Alex. Ὑπομασθιαῖος, * Ὑπομαστίδιος, Lobeck. Phryn. 556. 557. * Φιλόμαστος, Æsch. Ag. 146. 729.]

[* " Μαστάριον, dimin., Bergler. ad Alciphr. 131. 192. ad Charit. 441. * Μαστίδιον, Bergler. l. c." Schæf. Mss.]

[* Μασθοειδής, Alex. Trall. 9. p. 165.] Βούμασθος, Uva quædam, a crassitudine ita vocata, q. d. Grandimammis. Aut simpliciter, Uva in mammæ bovis similitudinem, ut scribit Servius in Virg. G. 2. et tumidis bumasthe racemis. Ita enim quædam exempl. cum aspirationem reliqua non habeant. Scribitur etiam Βούμαστος per τ. [* "Ἐπίμασθος, Jo. Malal. 1, 113. 133. * Καλλίμασθος, 127. * Κατάμασθος, 60." Schæf. Mss.] Aτ Μεγαλόμασθος, Nomen est appellativum; diciturque femina μεγαλόμασθος, Quæ magnas habet mammas, seu, voce una, Mammosa: ut Plin. dixit de canibus, Præterea feminas volunt esse mammosas, æqualibus papillis. Pro quibus legimus in Geop. (1213.) Προσέτι δὲ μ., τάς τε ἀπ' αὐτῶν θηλὰς ἰσομεγέθεις ἐχούσας. [* " Μηλόμασθος, Is. Porphyrog. in Allatii Exc. 316." Boiss. Mss. * " Μικρόμασθος, Jo. Malal. 1, 126. * Ὀγκόμασθος, 134." Elberling. Mss. * " Προσμάσθιος, Heyn. ad Apollod. 838." Schæf. Mss.] " Ὑπομάσθιος, i. q. ὑπο- " μάζιος," [3 Macc. 3, 20. Vide Schleusn. Lex. V. T.]

ΜΑΣΤΕΥΩ, Quæro, Perquiro, Vestigo, Indago. Proprie Quæro, pueri more quærentis mammam, uti dixi supra: plane enim existimo Μαστεύω a Μαστὸς fieri, potius quam Μαστὸς a Μαστεύω: licet afferatur et aliud etymon, ut docebo infra in Ματεύω: Apoll. Rh. 1, (1353.) καὶ ὅρκια ποιήσαντο Μήποτε Μαστεύοντες ἀπολλήξειν καμάτοιο. Dicitur etiam ἴχνια μαστεύειν. Sic autem est poëticum, ut in prosa quoque inveniatur, et quidem ap. Xen., ut (Œc. 5, 13.) Τὴν τροφὴν μαστεύειν. Idem usus est cum infin., (K. Π. 2, 2, 14.) Ὃς ἐν παντὶ μαστεύει πλέον ἔχειν. Bud. quoque affert e (K. 'A. 3, 1, 30.) p. 61. μαστεύων ζῆν, exponens, Capiens, Affectans. Extat et ap. Eur. cum infin., in Phœn. (36.) Τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν Εἰ μηκέτ' εἴη. [" Heyn. Hom. 6, 542. ad Apollod. 204. Toup. Opusc. 1, 583. 2, 75. Thom. M. 249. Markl. Suppl. 646. 984. Wakef. Phil. 194. Jacobs. Anth. 7, 217. Porson. Phœn. 427. Philostr. 164. Boiss." Schæf. Mss.] " Μαστεύειν, Hesychio " ἐπιζητεῖν: quod et μαστεύειν." [* " Μαστευτέον, Indagandus, Max. Tyr. * Μάστευμα, Phot. (v. Μάσμα.) * Μάστευσις, Dionys. H. 1, 142." Wakef. Mss.] Μαστευτὴς, Inquisitor, Investigator, Xen. (Œc. 8, 13.) Οὔτε μαστευτοῦ δεῖται: de iis loquens, quæ obvia sunt. [* Μαστεία, Olympiod. in Plat. Alcib. 1. s. 21. Creuzeri Initia Philos. ac Theol. e Platonis Fontibus ducta 2, 192.]

Μαστὴρ, idem: nam μαστῆρες exp. Hes. ζητοῦντες, ἐρευνῶντες. [Soph. Œd. C. 456. Tr. 735. " Wakef. 733. Boiss. Philostr. 517. Toup. Opusc. 1, 584. Emendd. 4, 483. Bergler. ad Alciphr. 44. Koppiers. Obss. 124. Koen. ad Greg. Cor. 94. ad Diod. S. 1, 334. Fem., ad Lucian. 1, 285." Schæf. Mss. " Parthen. 344. Nonn. D. 1, 45." Wakef. Mss. * Μάστειρα, Æsch. Suppl. 169. * Μαστήριος, Investigando callidus, 921. Ἑρμῆς.] " Μάστωρ, ορος, ὁ, Quæsitor, " Inquisitor: μάστορες fuisse dicuntur Magistratus " quidam de rebus publicis inquirendis, Lat Quæ- " sitores."

Μαστὺς, ύος, ἡ, Vestigatio, Inquisitio, ζήτησις, pro qua signif. affert Schol. Apoll. (1, 1353.) e Callim. [Fr. 277. " Jacobs. Anth. 9, 145. Ruhnk. Ep. Cr. 132. Brunck. Hipp. 228. Phil. 43. Toup. Opusc. 1, 583. Emendd. 4, 483. ad Herod. 42.

A ad Lucian. 1, 354." Schæf. Mss.]

Ἐπίμαστος, Qui cibum quærit, Qui quærit unde vivat. Mendicus, Od. Υ. (377.) ἐπίμαστον ἀλήτην, ubi ἐπίμαστος Eustathio est ὁ ἐπαίτης, sc. ὁ τροφὴν μαστεύων. Hes. autem, quem vide, exp. etiam ὀχληρός. At ego, si μαστὸς vocem esse tempore etiam Homeri receptam concederetur, suspicarer ab ea derivari ἐπίμαστος, ut hoc nomine vocaretur Qui petax esset instar infantis qui mammis nutricis adhærere vult utplurimum. [" Toup. Opusc. 1, 583. ad Herod. 75." Schæf. Mss.]

Ἀναμαστεύω pro simpl. μαστεύω, Diligenter quæro, vestigo, Perquiro, Pervestigo. [Hes. * " Ἀπομαστεύω, Nicet. Eugen. 1, 33." Boiss. Mss. * Ἐκμαστεύω, Æsch. Eum. 246. * " Ἐπιμαστεύω, Toup. Opusc. 1, 583." Schæf. Mss. " Schol. Od. Υ. 377." Wakef. Mss.] Καταμαστεύω, idem, Synes. (241.) in quadam ad Pylæmenem Epistola, Ἐφ' ᾧ τῆς ἱερᾶς ἀκοῦσαι τοῦ πρεσβύτου φωνῆς παλαιὰ καὶ νέα καταμαστευούσης. [* " Περιμαστεύω, Pseudo-Callisth. in Fabr.

B B. Gr. 14, 149." Boiss. Mss.]

¶ Ματεύω, i. q. μαστεύω, Quæro, Vestigo, Il. Ξ. (110.) Ἐγγὺς ἀνήρ· οὐ δηθὰ ματεύσομεν, ubi Eust. scribit ματεύσομεν esse pro μαστεύσομεν, per ellipsin literæ σ: addens tamen, nisi quis dicat ματεύω esse prototypon, et ex eo factum esse μαστεύω per pleonasmum literæ σ, tanquam a μῶ μάσω. Quod si ita est, inquit, vide quantum differat ματεύειν a ματᾶν, de quo alibi dictum fuit. Hæc ille; sed auctor breviorum Scholiorum exp. etiam ματαιοπραγήσομεν: et quidem priorem l. huic expositioni tribuens, posteriorem alteri, sc. ζητήσομεν. Esset autem deductum a Μάτην hoc verbum, priorem illam sequendo. Sed Pind. verbum ματεύειν pro μαστεύειν, Quærere, manifeste usurpat. Adde quod et alia extant ap. Hes. ab ead. origine verba, diversi tamen typi, itemque nomen, hanc Quærendi signif. habentia. Nam Ματεῖν exp. ζητεῖν, Quærere, Inquirere. Eτ Ματὴρ, Inquisitor, ἐπιζητῶν, ἐρευνητὴς, ἐπίσκοπος. A quo Ματηρεύειν, itidem pro ζητεῖν, Quærere. Quinetiam

C per ι, verb. Ματίσαι exp. ματεῦσαι, et ζητεῦσαι, Quærere. [Ματεύω, Soph. Œd. T. 1052. 1061. " Valck. Phœn. p. 155. Porson. 427. Anim. ad Ammon. 179. Eur. Hec. 769. et Porson., ad Herod. 595. Markl. Suppl. 646. 984. 1003. Iph. p. 398. Jacobs. Anim. 191. Villoison. ad Long. 279. Heyn. Hom. 6, 542." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 1103. Choëph. 217. * Ματευτὴς, Manetho 4, 268. " Ματέω, Heyn. Hom. 6, 542." Schæf. Mss. Ματίζομαι, Schleusner. Lex. V. T.] " Μάτος, Hippocrati ἡ ζήτησις, Inquisitio, " Perquisitio: et Ματίσαι, τὸ ζητεῖν, Quærere, Per- " quirere: ut est in Galeni Lex. Hippocr." " Ἐκματεῖσθαι Gal. ap. Hippocr. exp. ἀναζητεῖν."

" Μαλεῖν affertur pro Augere, Crescere. Hes. vero " μαλητέον exp. ζητητέον, Quærendum. Μαλιεῖς, " Eid. ζητεῖς, Quæris."

ΜΑΙΝΟΜΑΙ, ανοῦμαι, Furo, Insanio, Lucian. (2, 184.) Οὐ γὰρ ταυτὸν παρανοεῖν καὶ παραπαίειν καὶ λυττᾶν καὶ μεμηνέναι· ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοῦ μᾶλλον

D καὶ ἧττον ἔχεσθαι τῇ νόσῳ ὀνόματά ἐστι. Il. O. (128.) Pallas ad Martem, Μαινόμενε, φρένας ἠλὲ, διέφθορας· ἦ νύ τοι αὔτως Οὔατ' ἀκουέμεν ἐστὶ, νόος δ' ἀπόλωλε καὶ αἰδώς. Catull. lymphata mente furebat. Z. (132.) Ὥς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας Σεῦε: aliquanto post, πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει Μαινομένῃ εἰκυῖα. Plut. de Solert. Anim. Ἔνιοι δέ φασι καὶ βοῦς μαίνεσθαι καὶ ἀλώπεκας: sicut Idem in Symp. 2, (7.) dicit μαινόμενον ἐλέφαντα καταπαύει κριὸς ὀφθείς. Plerumque de iis dicitur, qui ira perciti, furibundo impetu aguntur, sicut et λυττᾶν. Od. Λ. (536.) ἐπιμὶξ δέ τε μαίνεται Ἄρης, Il. O. (605.) Μαίνετο δ' ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος ἢ ὀλοὸν πῦρ Οὔρεσι μαίνηται, Bella furentia, Sil. Et Flammas furentes, Virg.: Il. Θ. (355.) μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτά. Od. Φ. (298.) Μαινόμενος κάκ' ἔρεξε, Il. Π. (245.) χεῖρες ἄαπτοι Μαίνονθ', Xen. K. Π. 1, (4, 24.) Μαινόμενον τῇ τόλμῃ: Cic. Audacia furens Catilina, Ovid. Ira furentem mollire, Val. Flacc. Ense furens. Hom. vero dicit δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσι. Aliquando remissius accipitur

pro παραφρονεῖν, Desipere, sicut et Furere et Insanire ap. Lat.: et tam de dictis quam factis usurpatur. Æschin. (84.) Εἰ καὶ μανεὶς ὁ δῆμος ἢ τῶν καθεστηκότων ἐπιλελησμένος ἐπὶ τοιαύτης ἀκαιρίας ἐβούλετο στεφανοῦν αὐτὸν, ubi tamen reddi potest Furore percitus. Dem. (581.) Περὶ ὧν ἂν οὐδὲν εἴποιμι πρὸς ὑμᾶς φλαῦρον ἐγώ· καὶ γὰρ ἂν μανοίμην. Isocr. ad Phil. (54.) Τῶν ἐπὶ τοῦ βήματος μαινομένων. Ab Eod. in Symm. μαίνεσθαι et παραφρονεῖν copulantur. Vites quoque et apes μαίνεσθαι dicuntur: illæ ob nimiam et quasi insanam feracitatem, hæ ob laborem et assiduitatem. Epigr. μέλισσα μαινομένα. Plin. 16, 27. Vites quidem et triferæ sunt, quas ob id Insanas vocant: quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. At paulo aliter Theophr. C. Pl. 1, 22. Ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἀμπέλων τῶν μαινομένων καλουμένων, αἳ οὐ μόνον βλαστάνουσιν, ἀλλὰ καὶ πέπτουσι καὶ ἀνθοῦσι καὶ βοτρυοῦνται, καὶ οὐ δύνανται τελειοῦν. Aliquando μαινόμενος accipi potest pro μανίαν ἐμποιῶν, Lymphans, In furorem et insaniam agens: Plin. 21, 13. Aliud genus in eod. Ponto, gente Sannorum, mellis, quod ab insania, quam gignit, μαινόμενον vocant. Alioqui μαινόμενον dicitur potius Insanum, Furibundum: ut μαινόμενα κηδεύματα, Plato de LL. Insana connubia. Et Soph. Aj. (957.) Γελᾷ δὲ τοῖς μαινομένοις ἄχεσι, Insanis mœroribus, s. τοῖς διὰ μανίαν συμβεβηκόσι, Schol. In compositione autem postpositum signif. ὑπερβολὴν s. ἐπίτασιν ἐπιθυμίας, ut in γυναικομανὴς, ἐρωτομανὴς, οἰνομανὴς, et similibus. " Μανεὶς, Furore percitus, " Ad insaniam redactus." AT Μαίνω transitive acceptum pro In furorem ago, Lympho, non reperiri ait Eust. (406.) sed ab eo comp. ἐκμαίνω. Ceterum μαίνομαι derivari a μῶ, i. e. λίαν προσθυμοῦμαι, tradit idem Eust. [" Μαίνομαι, Harles. ad Theocr. 173. Valck. Phœn. p. 741. Hipp. p. 302. ad Herod. 318. Callim. 269. Toup. Opusc. 1, 181. 2, 88. Lennep. ad Phal. 67. 223. Thom. M. 293. 593. Markl. Iph. p. 78. Jacobs. Anth. 7, 93. 152. 156. 9, 202. 240. 440. 11, 33. Huschk. Anal. 46. Villoison. ad Long. 226. Brunck. Aristoph. 2, 182. (Θ. 561.) Heyn. Hom. 5, 35. 207. 477. 7, 98. 8, 115. Conf. c. μάρναμαι, ibid. De immoderato desiderio, Jacobs. Anth. 7, 107. Μαίν. ἐπί τινι, Vehementi studio teneor, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 50. Phœn. p. 201. (538.) De fut., Thom. M. 597. Μανοῦμαι, ad Herodian. 469. Μανεῖται, μανήσομαι, Mœr. 264. et n. Μαίνεσθαι μανίαν, Greg. Cor. p. 5. Θεῷ, ad Lucian. 1, xxxiii. 291. ad Herod. 318. Musgr. Ion. 718. Paus. 3, 268. εἴς τι, Diod. S. 1, 724. κατά τινος, Lucian. 5, 2. Bip., Wernsd. Ind. ad Himer., Joseph. 2, 248. Μαινόμενος, Heyn. Hom. 5, 392. Μαινόμενος οἶνος, Valck. Phœn. p. 146. Μαινομένη κόμη, Huschk. Anal. 81. Μαινόμεναι τιμαὶ, Valck. ad Röv. 79. Μαινομέναις φρεσὶ, Villoison. ad Long. 132. Ἔμηνα, ἐμηνάμην, μέμηνα, Bibl. Crit. 2, 1. p. 4. omnino Valck. ad Phalar. p. xiii. 223. ad Bion. 312. ad Herod. 476. Μηνάμενος, Antiphil. 25. Jacobs. Anth. 9, 317. Ἐμεμήνεσαν, ad Charit. 616. Μαίνω, Markl. Iph. p. 425. Lobeck. Aj. p. 328. * Μαινοποιὸς, Schol. Pind. Π. 4, 138." Schæf. Mss. * " Μαίνανδρος γυνὴ, ἡ πόρνη, Herodian. Epimer. Mss." Bast. in Ind. Scap. Oxon.] Μαινόλης, ὁ, Furens, Lymphatus, παράκοπος, ἔνθεος, Hes. Bacchi epith. Euseb. Pr. E. 2, 5. At μ. οἶνον Greg. in Carm. lyr. dicit potius Vinum quod in furorem agit, ut Plin. μαινόμενον μέλι, s. Quo hausto aguntur furore quodam entheo. Plut. π. Ἀοργ. 821. meæ Edit. (=7, 811.) Προσγενόμενος ὁ θυμὸς ὠμηστὴν καὶ μ. ἀντὶ λυαίου καὶ χορείου ποιήσῃ τὸν ἄκρατον. [" Ad Mœr. 279." Schæf. Mss. Philo 3. p. 150. P.] " Μαιθόλης, Insanus, VV. LL. " perperam pro μαινόλης." [" Μαινόλας, Orig. c. Cels. 123. (3, 23.)" Wakef. Mss.] Μαινόλιος βάκχος ead. signif. ex Epigr. [" Jacobs. Anth. 10, 409." Schæf. Mss. * Μαινόλις, Æsch. Suppl. 114. διάνοια. * Μαινώδης, Gl. Furiosus.]

Μαινὰς, άδος, ἡ, Insana, Furiosa, Lymphata. Exemplum habes in Λυσσάς. Sic accipi potest Il. X. (460.) de Andromache, Ὣς φαμένη μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση: sicut Z. (389.) de ead. πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει Μαινομένη εἰκυῖα. Eust. vero μαινὰς accipit pro Baccha; nam μαινάδες utplurimum dicuntur αἱ Βάκχαι, αἱ Διονύσου ὀπαδοί: ibi tamen exp. non tantum * βακχικῶς, sed etiam μανικῶς. Plin. 36, 5. de Praxitelis operibus quæ Romæ sunt, Item et Mænades, et quas Thyadas vocant et Caryatidas. [" Musgr. Ion. 552. Wakef. Herc. F. 498. Eum. 502. Jacobs. Anth. 7, 152. ad Meleagr. p. 8. Exerc. 1, 91. Anim. 162. Porson. Or. 221. Brunck. Aristoph. 2, 51. ad Bacch. 51. Ruhnk. ad H. in Cer. 386. Mitsch. 202. 269. Valck. Phœn. p. 581. ad Charit. 247. ad Diod. S. 1, 234. Ilgen. ad Hymn. 549. M. ἔναστρος, Wessel. Probab. 41." Schæf. Mss. Pind. Π. 4, 384. Alexander Parthenii p. 38.]

Ἀκρομανὴς, Summo furore correptus, Extrema insania laborans, Herod. [5, 42. * " Ἀμφιμανὴς, Pallad. V. Chr. 35." Boiss. Mss.] Ἀσελγομανέω, Insana lascivia prurio, Lucian. (3, 592.) ἐπὶ τοῖς μοιχικοῖς. [* Αὐτομανὴς, Manetho 5, 184. * " Αὐτομανία, Chrys. in Gen. p. 98. (2, 85.)" Kall. Mss.] " Ἡμιμανὴς, Semiinsanus, Lucian." [Lexiph. 18. " Æschin. 167, 10." Seager. Mss.] Θηλυμανὴς, Insano feminarum amore captus, [" Jacobs. Anth. 6, 65. 70. 11, 218. 12, 156. Antimachi Epigr. Alciphr. 26. * Θηλυμανέω, Toup. Emendd. 2, 416. Heyn. Hom. 6, 392." Schæf. Mss. Manetho 4, 164. Basil. 3, 595. * Κακομανέω, Philo 2, 501. Mang. Κἂν αἱ ἀνθρώπων σοφίαι κακομανῶσι, Schneidero susp. Schæf. ad Aristoph. Πλ. 512.] [* Πολυμανὴς, Poët. Πουλυμανὴς, Anal. 3, 152.]

[* Ἀντιμαίνομαι, Lucian. 3, 313. " Aristæn. 2, 16." Boiss. Mss.] Ἀπομαίνομαι, Furere s. Insanire desino, A furore desisto, s. ab insania: ut ἀπομηνίω, Ab ira desisto, Irascendi finem facio. || Aliquando vero capitur pro simplici μαίνομαι, et signif. Furo, Insanio, Vehementer insanio, Vehementi furore sum percitus, Lucian. (1, 234.) Μὴ ἀπομανεῖσά ποτε ἡ Ῥέα κελεύσῃ τοὺς Κορυβάντας συλλαβόντας σε διασπάσασθαι, Furore percita, ἐκμανεῖσα. Ἐκμαίνομαι, Perfuro: Lucr. de vento, ita perfurit acri Cum fremitu: simpliciter, Furo, Insanio; i. q. μαίνομαι, nisi præp. signif. augere videatur. Et ἐκμαίνομαι περί τι, pro Insano amore alicujus rei ducor: Ἐκμανῆναι περὶ τὸν υἱὸν, Filium deperisse insano amore. [Anacr. 13.] AT Ἐκμαίνω, Furore percello, In furorem ago, Lympho. Eust. cum dixisset μαίνω non dici nisi in compositione, addit, Ὡς γὰρ ὀχῶ ἄλλον καὶ πορεύω ἄλλον, ὀχοῦμαι δὲ καὶ πορεύομαι ἐγὼ, οὕτω καὶ ἐκμαίνω ἄλλον· οὐ μετοχὴ τὸ, τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον. Item, ἐξέμηνα γὰρ, active: cum μέμηνα dicatur neutraliter. [Ἐκμᾶναι, Lobeck. Phryn. 26. " Jacobs. Anth. 7, 257. Bast Lettre 112. Valck. ad Phalar. p. xiii. Xen. Eph. 20. Ἐκμ. κατά τινος, Wernsd. Ind. ad Himer. v. Μαίνομαι." Schæf. Mss. Soph. Tr. 1142.] Ἐκμανὴς, Furiosus. Exp. ὁ ἐξεστηκὼς, ὁ ἐκστατικός. [" Ad Phalar. 205. Boeckh. in Plat. Min. 145. * Ἐκμανῶς, Wakef. S. Cr. 5, 157." Schæf. Mss. " Schol. Jo. Climac. 368." Boiss. Mss. Athen. 603. * Προσεκμαίνομαι, Etiam insanio, in furorem agor, affertur ex Aretæo.] Ἐμμαίνομαι, Furo in, Insanio in, Act. 26, (11.) Περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις, Supramodum furens adversus eos. [" Wakef. Eum. 863. Huschk. Anal. 31. ad Lucian. 1, 288." Schæf. Mss.] Ἐμμανὴς, Furens, Lymphatus, Furore plenus, Soph. El. (294.) τηνικαῦτα δ' ἐμμανὴς Βοᾷ παραστᾶσ'. [Plut. 6, 144. Pyrrho 33. " Ad Charit. 336. ad Herod. 206. Wakef. l. c. Jacobs. Anth. 8, 201. Boeckh. in Plat. Min. 145." Schæf. Mss. * " Ἐμμανὲς, Apollinaris, Diosc. Notha 467." Boiss. Mss.] Ἐμμανῶς, Furibunde, Furenter. Et metaph. ἐμμανέστατα ἐρῶντες, Insano amore depereuntes. Hes. ἐμμανῶς exp. ἐκθύμως, ὀργίλως. [" Huschk. Anal. 31. ad Lucian. 1, 288." Schæf. Mss. * Παρεμμαίνομαι, Timæi Lex. v. Κορυβαντιᾷν. * Παρεμμανὴς, Gl. Ceritus.] Ἐπιμαίνομαι, Furo et insanio super aliqua re. Metaph. autem ἐπιμαίνεσθαι τινὶ dicitur, Qui insanit alicujus amore, insano alicujus amore tenetur, aliquam ardet. Bud. 1082. e Basil. et Luciano. Sic Plut. Bruto (5.) Ἐγνώκει τὴν Σερβιλίαν ἐπιμανεῖσαν αὐτῷ, Aristoph. Σφ. (1466.) οὐ-Δενὶ γὰρ οὕτως

ἀγανῷ Ξυνεγενόμην, οὐδὲ τρόποις Ἐπεμάνην, οὐδ' ἐξεχύθην, Neque ullos mores tam impotente unquam amore deperii. Plaut. eo sensu dicit, Sic efflictim amare perinde ut hic te efflictim deperit. [Musæus 85. vide Passow. p. 201. " Jacobs. Anth. 7, 93. 156. Leonid. Alex. 31. Epigr. adesp. 293. Heyn. Hom. 5, 218. 7, 355. Bast Lettre 145. Valck. Phœn. p. 405. Abresch. Lectt. Aristæn. 86. ad Callim. 1, 239. ad Lucian. 1, 288. De constr., Huschk. Anal. 30. * Ἐπιμαίνω, Valck. Diatr. 269." Schæf. Mss.] Ἐπιμανὴς, Insanus, Furiosus, Athen. (45.) Τὸν ἐπιφανῆ Ἀντίοχον, ὃν διὰ τὰς πράξεις Πολύβιος ἐπιμανῆ καλεῖ: quod et (193.) et (439.) repetit. [" Valck. Anim. ad Ammon. 150." Schæf. Mss. * Ἐπιμανῶς, Athen. 276.] " Καταμαίνομαι, Furore incitatus sum " contra, Insanio contra. Exp. etiam Furore con" temno." [" Nicephor. Hist. p. 59=14." Boiss. Mss. Gl. Succenseo. * " Παραμαίνομαι, Phot." Wakef. Mss.] Περιμαίνομαι, Furo circum, Hesiod. Ἀ. (99.) Μηδὲν ὑποδδείσας κτύπον Ἄρεος ἀνδροφόνοιο, Ὃς νῦν κεκληγὼς περιμαίνεται ἱερὸν ἄλσος Φοίβου Ἀπόλλωνος, Furit et fremit circa lucum Apollinis. Exp. etiam Perfuro: quod a Lat. usurpatur pro Vehementer furo. Περιμανὴς, Valde insanus, Mirum in modum insanus, [Plut. Antonio 6. * Συμμαίνομαι, Lucian. 1, 816. Joseph. de Maccab. 10.] Ὑπερμαίνομαι, Furo, supraquam dici possit, Vehementer furo, insanio; Insano amore depereo, accendor, Aristoph. B. (774.) οἱ δ' ἀκροώμενοι Τῶν ἀντιλογιῶν, καὶ λογισμῶν καὶ στροφῶν, Ὑπερεμάνησαν, κἀνόμισαν σοφώτατον, Schol. λίαν ἐχάρησαν. [* Ὑπομαίνομαι, Hippocr. 352, 36.]

" Μαινοῦν, Hesychio ἐνθουσιῶν, afferenti et Μαι" νοῶσι pro ἐνθουσιῶσι, procul dubio παρὰ τὸ μαίνε" σθαι."

[* Μανέομαι, i. q. μαίνομαι, unde μεμάνημαι, Theocr. 10, 31.]

Μανία, ἡ, Furor, Insania, Species τῆς παραφροσύνης, Gal. de Caus. Sympt. 2. Est autem παραφροσύνη σφοδρὰ ἄνευ πυρετοῦ, Mentis abalienatio vehemens citra febrem. Hippocr. ἔκστασιν etiam aliquando appellat. Habet autem magnitudinem et vehementiam, ut ferarum modo in eos insiliant, qui imprudentius ipsis occurrerint, et vinciri propterea debeant. Hoc solo a phrenitide differt, quod febre careat, ut inter alia docet Gorr., qui post causas hujus morbi explicatas, addit, esse qui scribant eum oriri a bene etiam temperato sanguine, solaque copia, ut in temulentis, molesto: eique hæc symptomata tribuere, risum, vultum hilarem, et perpetuum cantum. Verum generalius hos videri uti nomine τῆς μανίας, et omnino ἀντὶ τῆς παραφροσύνης usurpare: præter morem Hippocr. et Galeni, qui μανῆναι et ἐκμανῆναι non nisi in vehementi delirio ab acri et calido humore excitato, usurpant. Hippocr. tamen uno tantum loco τὴν μανίαν non proprie pro eo delirii genere accipere, sed pro ea mentis abalienatione, quæ proprie μελαγχολία appellatur: sc. Aphor. 21. l. 6. quo scribit, Τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμορροΐδων ἐπιγενομένων, τῆς μανίης λύσιν γίγνεσθαι. Hic enim aperte τὴν μελαγχολίαν proprie dictam intelligere, sicut in Comm. Gal. explicavit. Plut. Pr. Rom. Πνεῦμα μανίας ἔχων ἐγερτικὸν καὶ παρακινητικὸν, ἐξίστησι. Lucian. de quodam saltatore, qui Ajacem furentem agebat, (2, 313.) Εἰς τοσοῦτον ὑπερεξέπεσεν, ὥστε οὐχ ὑποκρίνεσθαι μανίαν, ἀλλὰ μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἄν τινι ἔδοξεν. Plerumque non tam pro Morbo illo accipitur, quem Medici μανίαν appellant, quam pro Dictis aut Factis vecordibus et insanis, qualia in eo morbo cernuntur: sicut Lat. Furor quoque et Insania. Isocr. Pan. Εἰς τοῦτ' ἦλθον οὐκ ἀνοίας, ἀλλὰ μανίας, Plut. Θρασύτητα καὶ μανίαν Κλέωνος, Herodian. 1, (14, 15.) Εἰς τοσοῦτόν τε μανίας καὶ παροινίας προὐχώρησεν, Act. 26, (24.) Πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει, Multæ te literæ a sana mente ad insaniam redigunt. Aristoph. plur. num. dixit (Εἰρ. 65.) Τὸ γὰρ παράδειγμα τῶν μανιῶν ἀκούετε, pro μανίας. Similiter ap. Suid., μανίαι δ' οὐ πᾶσιν ὁμοῖαι, ubi Poëtis quoque et χρησμολόγοις μανία tribuitur. A Plat. quoque in Phædro, p. 274. 275. plures μα-
A νίας recensentur species. Cic. Tusc. Quæst. 3. Græci autem μανίαν unde appellent, non facile dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi: hanc enim Insaniam, quæ juncta stultitiæ, patet latius, a Furore disjungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos Furorem, μελαγχολίαν illi vocant: quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore vel dolore moveatur. Derivatur vero ab aor. 2. ἐμάνην. || Μανία est etiam Nomen proprium mulieris ap. Xen. (Ἑλλ. 3, 1, 8.) et Athen. [578. " Thom. M. 594. Wakef. Herc. F. 880. Jacobs. Exerc. 2, 65. Anth. 8, 70. 159. 9, 240. 11, 230. Fac. ad Paus. 1, 512. Xen. Mem. 1, 1, 16. Toup. ad Longin. 361. Ammon. 92. Valck. Anim. 148. Conf. c. ἀνία, Huschk. Anal. 84. Μανία, Terricula puerorum, ad Timæi Lex. 181." Schæf. Mss.] Μανιόκηπος, ἡ, Cujus pubes s. pecten insanit, ἡ περὶ μίξεις μεμηνυῖα, Eust. (Il. 406, 33.) dicens κῆπον ibi esse Id, quod Lycophr. appellat ἐπείσιον: nisi potius scr.
B ἐπίσειον. Apud Aristoph. de muliere libidinosa, qua signif. et ἀνδρομανής. [" Toup. Opusc. 2, 68." Schæf. Mss. Suid. v. Μυσάχνη. * " Μανιοποιὸς, (Ad insaniam redigens,) Schol. Il. Z. 132." Boiss. Mss. Schol. Eur. Or. 318. Polyæn. 8, 43. * Μανιουργέω, ibid. * " Αὐτομανία, Mera insania, Chrys. in Genes. Or. 10. T. 1. p. 61, 19." Seager. Mss.]

Μανιὰς, άδος, ἡ, Furiosa, Insana, Soph. Aj. (59.) μανιάδες νόσοι, Furiales morbi, μανίαι, VV. LL. [" Porson. Or. 221. Jacobs. Anth. 7, 15. Scaliger. not. in Eur. Cycl. (in Cren. Præf. ad Mus. 1, 61.) ad Mœr. 118. Cum subst. neutr. gen., Brunck. ad Æsch. S. c. Th. 226. Valck. Anim. ad Ammon. 148. Musgr. Or. 270. Porson. 264. Cattier. Gazoph. 48. Lobeck. Aj. p. 270. 275." Schæf. Mss.]

Μανικὸς, Insanus, Ad insaniam pronus, Plato Charm. Χαιρεφῶν δ' ἅτε καὶ μανικὸς ὢν, ἀναπηδήσας ἐκ μέσων, ἔθει πρός με, Lucian. Q. H. S., Ὀλέθριος καὶ μανικὸς ἄνθρωπος, Aristot. Rhet. 1. Τὸν ὀργίλον καὶ τὸν μ., Isocr. ad Demon. Μήτε γέλωτα προπετῆ
C στέργε, μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου· τὰ μὲν γὰρ, ἀνόητον· τὸ δὲ, μανικόν. Item μ. καὶ βάρβαρα κολαστήρια, Plut. de Fort. Alexandri, Insana et barbara tormenta, Vesana, et quæ ab hominibus ira furentibus adhibentur. Aliquando non tam pro Insanus, Furiosus capitur, quam pro Insaniam et furorem gignens, ut μ. νόσημα. Et μ. στρύχνον ap. Diosc. 4, 174. tertia τοῦ στρύχνου species. Unde Plin. 21, 31. Tertio folia sunt ocimi, minime diligenter demonstranda, remedia, non venena tractanti; quippe insaniam facit parvo quoque succo. Quanquam et Græci Auctores in jocum vertere; drachmæ enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt: species vanas imaginesque conspicuas obversari demonstrantes: duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere. Paulo post μανικὸν et ipse vocari scribit. Furiosum nonnulli interpr. || Μανικὸς exp. etiam Divinus ac numine inflatus, in h. l. Aristidis, Orat. in Jovem, Δότε μ. γενέσθαι τὸν λόγον, Fanaticum et divino furore pronuntiatum. || Μανικὰ Phrygio Proverbio dicebantur
D Ingentia egregiaque facta, ducta voce a Mane quodam prisco ap. ipsos rege, quem ferunt virum fuisse præpotentem, et admirabili virtute præditum. Erasm. e Plut. de Iside et Osiride; addens, Latinos quoque Insanum vocare, quod est præter vulgarem modum, ut, insano lubet indulgere labori. [" Thom. M. 594. Heind. ad Plat. Charm. 56. T. H. ad Lucian. 1, 181. Conf. c. μαντικὸς, ad 2, 50. Boiss. Philostr. 640. cf. Heind. ad Plat. Phædr. 241." Schæf. Mss. Aristot. Probl. 31, 7. Xen. Ages. 5, 4. Aristoph. Πλ. 874. γελᾶν μανικόν.] Μανικῶς, Furiose, Furenter, Plato de LL. 1. Sic Plut. M. στρατηγεῖν: cui opp. γνώμῃ στρατηγεῖν. At Isocr. ad Philipp. Ἐπιθυμήσας μοναρχίας ἀλόγως καὶ μ., Insano amore monarchiam affectans. Plut. Alex. dicit etiam Πυρέττοντα μανικῶς, διψήσαντα σφόδρα. [" Phryn. Ecl. 184. Toup. Opusc. 2, 8." Schæf. Mss. " Theod. Prodr. 213." Elberling. Mss. * Μανικώδης, Hippocr. 195.]

Μανιώδης, ὁ, ἡ, Furiosus, Insanus, Furore percitus, Nonn. (Jo. 60, 11.) Ἑβραῖοι μανιώδεες ἄφρονι.

θυμῷ: quod Greg. dicit μανίαις οἰστρηλατούμενοι. Et μ. ὀρχήσεις, Athen. 4. || Insaniam faciens, Insaniam gignens, Diosc. 4, 69. de hyoscyamo, Ἀμφότεροι δὲ οὗτοι μανιώδεις ὑπάρχουσι καὶ καρωτικοί, Plin. 25, 4. Omnia insaniam gignentia, capitisque vertigines: paulo post, Mentem caputque infestans. || Vesanus, Stultus, Thuc. 4, (39.) Καί περ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη. [Alex. Trall. 1. p. 34. "Thom. M. 594. Jacobs. Anim. 107." Schæf. Mss. * "Μανιωδῶς, Schol. Theocr. 1, 83. Saracenica Sylb. 66. Planud. Ovid. Met. 8, 107. Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. de Imagg. 176." Boiss. Mss. Athen. 675. Schol. Thuc. 3, 82. Schol. Apoll. Rh. 4, 55.]

[* Μάνη, Phot. Μάνην· τὴν μανίαν· λέγουσι δὲ καὶ μάναν. Ἀριστοφάνης.]

[* "Μανιάω, Insanio, Joseph. 973, 3." Wakef. Mss.]

ΜΑΝΗΣ, ὁ, Servus, Famulus, δοῦλος, Eust., addens quosdam Gramm. vett. derivare a μαίνομαι, διὰ τὸ μὴ φρενήρεις εἶναι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς δούλους, καὶ μᾶλλον εἴπερ οἴνου κατάκοροι γίνωνται. Aristoph. Schol. scribit μάνας et μανᾶς vocatos fuisse non tam δούλους, quam etiam οἰκέτας: Aristoph. Ὄρν. (522.) πρότερον μεγάλους ἁγίους τ' ἐνόμιζον, Νῦν δ' ἀνδράποδ', ἠλιθίους, μανᾶς· Ὥσπερ δ' ἤδη τοὺς μαινομένους, Βάλλουσ' ὑμᾶς. Idem Schol. ap. Eund. (Β. 965.) Μεγαίνετός θ' ὁ μάνης, dictum scribit, quod ille Megænetus esset ἀναίσθητος, et οὐκ ἀστεῖος: quosdam tamen hic intelligere etiam δοῦλον ὄνομα. || Poculi quædam species, Athen. (487.) e Nicone, μάνην δ' εἶχε κεραμεοῦν ἁδρὸν, Χωροῦντα κοτύλας πέντε. || Μάνης dicitur etiam τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάβου ἐφεστηκὸς, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον: ut Idem ibid. exp., addens a Sophrone vocari χαλκεῖον κάρα. Antiph. ibid., et (667.) de cottabi ludo, Αὐτῆς ἐπὶ τὸν μάνην πεσεῖται, καὶ ψόφος Ἔσται πάνυ πολὺς πρὸς θεῶν τῷ κοττάβῳ: cui subjicit alter, Πρόσεστι καὶ μάνης τις ὥσπερ οἰκέτης; ubi ostendit quamobrem μάνης vocetur hoc χαλκοῦν πρόσωπον, ut Eust. et alii Gramm. appellant. || E Schol. Aristoph. μάνης exp. etiam πρόσωπον λυχνίου. || Barbarum cujusdam tesserarii jactus nomen ap. Eubulum in Aleatoribus, Hes. || Nomen cujusdam fluvii, qui et βοάγριος, Eust. e Strab. || Nomen proprium cujusdam Phrygum regis, vide Μανικός. || Μανῆς, εντος, Hæretici cujusdam nomen, Suid. ["Toup. Opusc. 2, 47. Emendd. 2, 472. Bergler. Alciphr. 150. 332. ad Lucian. 1, 379. 2, 325. Brunck. Soph. 3, 443. Jacobs. Anth. 6, 435. 12, 247. Μανῆς, Monthly Review, Aug. 1799. p. 436. Aristoph. Λ. 980." Schæf. Mss. Μάνης, Nom. propr. servile, Aristoph. Β. 965. Item * Μανία, Nom. ancillæ, Θ. 754. Anal. 1, 201.] "Μανήσεις, Hesychio τὰς λάταγας: forsan παρὰ τὸν μάνην." [Leg. * Μάνεις: cf. Schol. Lucian. Lexiph. 3.]

ΜΑΙΝΗ, ἡ, ET Μαινὶς, ίδος, ἡ, Mæna, Piscis qui Hecatæ s. Dianæ sacrificari solebat, quæ μανίας causa esse creditur, Eust., qui propterea a μαίνομαι derivare videtur. Μαίνη citatur ex Epigr. quod Latini quoque retinent. Plin. 9, 26. Mutant colorem candidæ hyeme mænæ, et fiunt æstate nigriores. Muria quoque condi solebat hic piscis, et in salsamentis haberi, ut e Persio videre est, qui Sat. 3, (76.) ait, Mænaque quod prima nondum defecerit orca. Antiphan. ap. Athen. (313.) Ἑκάτης βρώματα Ἅ φησιν οὗτος μαινίδας καὶ τριγλίδας: ubi et ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς vocat. ["Jacobs. Anth. 8, 92. 240. Kuster. Aristoph. 111. ad Timæi Lex. 278. ad Herod. 466. Bergler. Alciphr. 26. ad Mœr. 179." Schæf. Mss.] Λευκομαινὶς, Mæna candida, Poliochus ap. Athen. (313.) Τοὺς βόακας, ἄν ποθ' ἔλθῃ, λευκομαινίδας Καλεῖν. Μαινίδιον, Mænula, [Athen. 309. 324.] Gaza Haleculam interpr. ap. Aristot. et μαίνη Eid. est Halec. ["Aristoph. Fr. 241." Schæf. Mss. Idem piscis dicitur etiam * Μαινομένη, secundum Schneideri Lex., unde * Μαινομένια, τὰ, Salsamentum ap. Alexandrinos, Alex. Trall. 12. p. 237. Paris. Vide nott. ad Xenocr.] "Μαίνουργος Suidæ Piscis species est."

ΜΑΚΑΡ, αρος, ὁ, ἡ, τὸ, Beatus, Il. Γ. (182.) Ὦ
A μάκαρ' Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον, O beate Atrida. Ubi etiam accipi possit pro Fortunato et florente: ut Cic. dicit, Sint florentes, sint beati. Od. Α. (217.) Ὡς δὴ ἐγώ γ' ὄφελον μάκαρος νύ τευ ἔμμεναι υἱὸς Ἀνέρος, ὃν κτεάτεσσιν ἑοῖς ἔπι γῆρας ἔτετμε, i. e. εὐδαίμονος, Eust. Item de locuplete homine, opulento et beato: quæ duo Cic. conjungit. Horat. eo sensu dicit Divitiis beatus; Ovid. juveni placuisse beato. Sic Propert. etiam utitur. Il. Λ. (68.) ὥστ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν Ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν Πυρῶν ἢ κριθῶν. Sed et ex Hesiodo Ἔργ. (2, 167.) Ἀὴρ πυροφόρος τέταται μακάρων ἐπὶ ἔργοις, affertur pro πλουσίων, Divitum. Item μάκαρι σὺν τύχᾳ, Aristoph. (Ὄρν. 1722.) ap. Suid. Dii quoque dicuntur μάκαρες, quia omnium beatissimam vitam degunt, Il. Δ. (127.) Οὐδὲ σέθεν, Μενέλαε, θεοὶ μάκαρες λελάθοντο Ἀθάνατοι: Α. (339.) Πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων. Il. Ξ. (72.) Od. Ε. (186.) μακάρεσσι θεοῖσι, Hesiod. Ἔργ. (1, 138.) οὕνεκα τιμὰς
B Οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς. Aliquando vero μάκαρες absolute dicuntur ipsi dii: ut ap. eund. Hesiod. paulo ante l. c., ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς. Et Callim. (H. in Jov. 72.) μακάρεσσιν ὀλίζοσι, Diis minoribus, minorum gentium, ut Lat. vocant. Μάκαρες dicuntur etiam Qui post mortem beati habentur; nam et ethnici hominibus virtute præditis certum in cœlo locum tribui crediderunt, ubi beati ævo sempiterno fruerentur: alii autem certas insulas in terris et campos Elysios. Hesiod. Ἔργ. (1, 140.) Τοὶ μὲν ἐπιχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται Δεύτεροι, de secundo mortalium in terris beatorum genere post aureum, in quo Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων. Aliquanto post, Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες Ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην Ὄλβιοι, de quarto hominum genere, quod erat heroum. Dem. (1400.) Τὴν αὐτὴν τάξιν ἔχοντες τοῖς προτέροις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐν μακάρων νήσοις. Apud Plin. quoque 4, 22. E regione Arrotrebarum promontorii sunt deorum sex insulæ, quas aliqui
C Fortunatas appellavere. Eust. e Strab. refert τὰς τῶν μακάρων νήσους, s. τὸ ἠλύσιον πεδίον, esse sitas οὐ πολὺ ἄποθεν τῶν ἄκρων τῆς Μαυρουσίας τῶν ἀνακειμένων Γαδείροις: esse autem εὔπνουν τὸν τόπον καὶ εὐάερον, διὰ τὸν ζέφυρον. Huc pertinet, quod ap. Aristoph. Β. (85.) Herculi quærenti Ποῖ γῆς ὁ τλήμων; Bacchus respondet, ἐς μακάρων εὐωχίαν: quamvis nonnulli sint qui per μάκαρας ibi accipiant Aulicos opulentos et beatos, inter quos in regia Archelai consenuit. Hesychio μακάρων νῆσος est etiam ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν. Eust. μάκαρα dictum scribit παρὰ τὸ μὴ ὑποκεῖσθαι κηρί. Aristot. vero Eth. 7, 11. quosdam τὸν μακάριον ὠνομακέναι ἀπὸ τοῦ χαίρειν. ["Villebr. ad Athen. 1, 444. Par., Bergler. Alciphr. 355. Jacobs. Anth. 9, 221. Callim. 1, 580. Agathias 25. Dives, ad Anton. Lib. 225. Verh. Μάκαρες, Ruhnk. Ep. Cr. 85. Bergler. ad Alciphr. 32. Toup. Emendd. 1, 464. ad Phalar. 102. Valck. Diatr. 36. Græv. Lectt. Hes. 577. Thom. M. 647. Jacobs. Anth. Proleg. 57. 6, 361. Μακάρων
D νῆσοι, ad Diod. S. 1, 398. Barnes. Hel. 1692. Jacobs. Anth. 9, 391. Heind. ad Plat. Gorg. 266. Μακάρτερος, Phryn. Ecl. 203. Superl., Brunck. Soph. 3, 427. Μακαρίσταρος, Schneid. Anab. 71." Schæf. Mss.] Τρισμάκαρες, vel Τρὶς μάκαρες, Ter beati, VEL Πολυμάκαρες, ut Eust. exp. Od. Ε. (306.) Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο Τροίῃ ἐν εὐρείῃ, de Ulysse: quod Virg. Æn. 1. de Ænea, o terque quaterque beati Queis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis Contigit oppetere! Quo sensu et τρισμακάριος paulo ante, et τρισευδαίμων et τρισόλβιος. Et Horat. Felices ter et amplius. ["Τρισμάκαρ, Paul. Sil. 7. Porson. Hec. p. xxviii. Ed. 2. Koppiers. Obss. 150. Valck. Callim. 267. * Τριμάκαρ, Agathias 82. Paul. Sil. 72." Schæf. Mss.] Παμμάκαρ, Omni e parte beatus, [Orph. H. in Jov. Ton. 3. "Troparion Allatii de Methodiis s. 13." Boiss. Mss.]

"Μάκαρος quoque affertur pro Felix, sed sine exemplo."

Μακάριος, Beatus, i. q. μάκαρ, ex eoque factum, A sicut καισάριος a καῖσαρ, Eust. Sed hoc prosæ est usitatius. Epicur. Τὸ μ. καὶ ἄφθαρτον: quæ Cic. ita vertit, Quod beatum et immortale est. Idem, Τὴν μ. ἄγοντες ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου: quæ itidem Cic., Cum ageremus vitæ beatum et eund. supremum diem. Aristot. Eth. 1, 7. Οὐδὲ μ. καὶ εὐδαίμονα ποιεῖ μία ἡμέρα, Beatum ac felicem: quæ duo itidem a Plin. copulantur. Sic Plato de Rep. 1. Ὅγε εὖ ζῶν, μακάριός τε καὶ εὐδαίμων. Plut. Ἄγαται καὶ τέθηπεν ὡς μακαρίους. Idem (6, 381.) Μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται: cui opp. τρισάθλιον. Xen. (K. Π. 8, 7, 3.) Τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τοῦ τῇ γῇ μιχθῆναι; Quid enim præstabilius ac beatius quam cum humo misceri? Lucian. Πολύ σου βελτίων καὶ μακαριώτερος. Et μ. θήραμα, ap. Plut. sicut ap. Lat. Poëtas Opes beatæ, et Commoda beata. Aliquando cum gen. construitur, Aristoph. Σφ. (1512.) ὦ μακάριε τῆς εὐπαιδίας: (1292.) Ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος, Beatæ ob corium istud: (Ἱππ. 186.) ὦ μακάριε τῆς τύχης. Horat. dicit, Divitiis beatus. Stat. Laudum B omnium cumulo beatus. Rursum Horat. Virtute beatus. ‖ Defunctus, Qui sepelitur, Plato de LL. 12. p. 353. Bud. Sic et μακαρίτης. [" Villebr. ad Athen. 1, 444. Par., Bergler. ad Alciphr. 163. 184. 339. Reisk. Præf. ad Const. P. T. 2. Thom. M. 646. 721. Schneid. Anab. 71. Opulentus, ad Anton. Lib. 225. Verh. Defunctus, ad Timæi Lex. 59. Conf. c. μύριος, ad Dionys. H. 2, 830. cum Μάρκιος, ad 3, 1410. Cum gen., Boiss. Philostr. 326. Iron., Plut. 5, 407. H." Schæf. Mss. " Cf. nott. ad Eugen. Epist. 2, 15." Boiss. Mss. Plut. Pericle 3.] AT Μακαρία, Locus ap. inferos, in quo ii, qui post hanc vitam beati habentur, degunt, Locus vitæ beatæ, Lucian. (1, 813.) Πάσχουσι δ' αὐτὸ καὶ οἱ τὴν κενὴν μ. ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες: (2, 74.) Aristoph. Ἱππ. (1151.) Ἄπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκποδών: s. ἔρρ' ἐς μακαρίαν, aut βαλλ' ἐς μ., nam et his modis scribitur, ubi per εὐφημισμὸν jubet eum abire in malam rem. Sed sunt qui tradant eum alludere ad Macariam Herculis filiam, quæ pro Atheniensium salute se jugulavit: cujus meminit C Paus. Att. (32, 5.) p. 24. Vide et Erasm. Chil., ubi interpr. In beatam. ‖ Fontis nomen ap. Marathonem, Paus. l. c. ‖ Hesychio βρῶμα ἐκ ζωμοῦ καὶ ἀλφίτων. [" Bergler. ad Alciphr. 32. ad Timæi Lex. 59. Heind. ad Plat. Hipp. p. 154. Ἐς μ., non εἰς μ., Koen. ad Greg. Cor. 32. sed v. Bergler. ad Alciphr. 342. Athen. 1. p. 29. Thom. M. 371. ad Charit. 707." Schæf. Mss.] Μακαρίως, Beate, Feliciter, Aristoph. [Πλ. 629. " Divino consilio, Eur. Hel. 915." Seager. Mss. * " Θεομακάριος, Ignat. Ep. ad Smyrn. 1. Smith." Routh. Mss. * Παμμακάριος, Euseb. H. E. p. 512.] Τρισμακάριος, ut τρισμάκαρ, Aristoph. Ἀ. (400.) ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη. Et cum gen. ut et μακάριος, N. (166.) Ὦ τρισμακάριος τοῦ διεντερεύματος. [" Wakef. Trach. 491." Schæf. Mss.] Μακαριότης, ἡ, Beatitas, Beatitudo, Epicur. Εἰς τὴν τοῦ ὅλου βίου μ., Ad bene beateque vivendum, ut Cic. interpr. p. 54. mei Lex. Cic. [Plato de LL. 2. p. 661. * " Αὐτομακαριότης, Ipsa beatitudo s. felicitas, Chrys. in Ep. 1. ad Tim. Serm. 18. T. 4. p. 325, 31. * Μυριομακαριότης, Infinita D felicitas, Idem in Ep. ad Rom. Serm. 5. T. 3. p. 35, 26." Seager. Mss. * Μακαριωσύνη, i. q. μακαριότης, Herodian. Epimer. 232.]

Μακαρὶς, Beata, Locus ap. Inferos, VV. LL. [Schneidero susp.]

Μακαρίτης, ὁ, Beatus, i. q. μακάριος, Aristoph. Πλ. (555.) ὡς μακαρίτην, ὦ Δάματερ, τὸν βίον αὐτοῦ κατέλεξας, i. e. μακάριον. ‖ Μακαρίτας, bene ominandi gratia, Vita functos vocabant, quasi vitæ miseriis defunctos, Julian. Hermogeni, Ἐκείνῳ μὲν δὴ, ἐπειδὴ μ. ἐγένετο, κούφη γῆ, καθάπερ λόγος, Verum illi, quandoquidem jam fato functus est, bene precemur. Unde Pers. nunc non cinis ille poëtæ Felix? nunc levior cippus non imprimit ossa? Et Juven. 7. Dii majorum umbris tenuem et sine pondere terram. Plut. (6, 456.) Καλὰς ἐλπίδας ἔχειν σε δεῖ περὶ τοῦ μ. υἱέος σου, ὅτι τούτοις συγκαταριθμηθεὶς συνέσται. Simile est quod lingua vernacula dicunt ad superos emigrasse, quos defunctos esse significare volunt. Hæc Bud. p. 174. citans ibid. quendam etiam Synesii l., a quo frequenter hoc vocab. usurpatur: Ep. 36. Ἑκκαιδεκάτῃ μηνὸς ἀθὺρ ὁ μ. Καστρίκιος, αὐτὸ τοῦτο ἐγένετο, Quod feliciter mortuus est Castritius, eo die hoc ipsu factus est, sc. μακαρίτης, h. e. defunctus est. Apud Athen. (113.) Μακαρίους οὖν αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ μ. εἶναί φημι, τοιαύτας δείξεις τῶν διδασκάλων ποιουμένων, Beatos, s. potius Beato defunctos fato. [" Sed ibi quidem, μ. non de Defuncto dicitur, sed aliquanto fortius quiddam sonat quam μακάριος, recteque Ter beatus redditur." Schw. Mss. " T. H. ad Plutum p. 169. Markl. Iph. p. 23. Villebr. ad Athen. 1, 445. Par., ad Alciphr. 32. 354. 355. Ducange de Cinnamo fin., Timæi Lex. 59. et n." Schæf. Mss. Blomf. ad Æsch. Pers. 639.] Μακαρῖτις ψυχὴ, aut femina aliqua, Quæ defuncta est, post obitum in beatorum sedes recepta creditur, Synes. Ep. 44. Τότε τοίνυν εἰκός ἐστι τῆς μ. Αἰμυλίου ψυχῆς συγγνωμονεστέρας τυχεῖν. [" Jacobs. Anth. 11, 69. Ducange de Cinnamo fin., Valck. ad Theocr. x. Id. p. 54. (2, 70.)" Schæf. Mss.] Τρισμακαρίτης, Ter beatus, ut τρισμακάριος, Antiph. ap. Athen. (108.) Τοιοῦτος, οἷος μηδὲν εἰς τὴν οἰκίαν, Μηδ' ὧν ὁ Πυθαγόρας ἐκεῖνος ἤσθιεν Ὁ τρισμακαρίτης, εἰσφέρειν. " Ζαμαρίτης, dici solitum " quum cum reverentia quadam aliquem nominamus " vita functum, quasi Valde beatus: pro quo vulgo " dicitur Felicis recordationis. Ita VV. LL. sed sine " exemplo. Synesius et alii ap. Græcos Theologi " dicunt μακαρίτης." [Phot. Μακαρίτας· τοὺς τεθνεῶτας εὐφήμως· ὡς μακαρίων ὄντων τῶν τελευτησάντων, ὅτι οὐκέτι αἰσθάνονταί τινος, Δωριέων τινὲς αὐτοὺς ζαμερίτας καλοῦσιν· οἷον τῆς μείζονος μερίδος ἤδη κεκοινωνηκότας· τὸ γὰρ ζα ἐπὶ τοῦ μεγάλου τίθεται, ὡς ζάπλουτος.]

Μακαρίζω, Beatum prædico, ἄγαμαι καὶ τέθηπα ὡς μακάριον, ut Plut. paulo ante loquitur. Qua signif. dicitur etiam εὐδαιμονίζω et ζηλῶ. Terent. Fortunatam judico, Omnia bona dicere, ac laudare fortunas meas. Od. O. (537.) P. (165.) Τῷ κε τάχα γνοίης φιλότητά τε πολλά τε δῶρα Ἐξ ἐμεῦ· ὡς ἄν τις σε συναντόμενος μακαρίζοι. Isocr. ad Dem. Οὐ γὰρ μόνον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἔσει ζηλωτὸς, ἀλλὰ καὶ σὺ σαυτὸν μακαριεῖς: Panath. Περιστάντες αὐτὸν ἐπῄνουν, ἐζήλουν, ἐμακάριζον. Xen. K. Π. 5, (2, 13.) Ἐμακάριζε τὴν μέλλουσαν αὐτῷ γυναῖκα ἔσεσθαι. Plut. (8, 76.) Ὑπερεκπεπληγμένους καὶ μακαρίζοντας. Aristoph. Σφ. (1275.) ὥς σε μακαρίζομεν, Παῖδας ἐφύτευσας ὅτι χειροτεχνικωτάτους. Dicitur etiam μακαρίζω σὺν τὴν ἀρετὴν, σε τῆς ἀρετῆς, quo modo et ζηλόω usurpatur, Thuc. 5, (105.) p. 195. Μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον, Isocr. Panath. Ζηλῶ σου καὶ μακαρίζω τὴν εὐδαιμονίαν, Aristoph. (Σφ. 429) μακαρίζω χελώνας τοῦ δέρματος. Et μακαρίζομαι, Beatus prædicor, Fortunatus judicor, Xen. K. Π. 8, (7, 3.) Πῶς οὐκ ἂν ἐγὼ δικαίως μακαριζόμενος τὸν ἀεὶ χρόνον, μνήμης τυγχάνοιμι; [" Bibl. Crit. 3, 1. p. 54. ad Ammon. 65. Plut. Mor. 1, 470. Valck. Adoniaz. p. 415. Mœr. 169. et n., Jacobs. Anim. 275." Schæf. Mss.] Μακαρισμὸς, Beatitatis felicitatisque prædicatio: qua nimirum aliquem beatum prædicamus. Plut. (7, 843.) Ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον· ἔξωθεν οὗτος ὁ μ., ὅπλων καὶ ἵππων καὶ στρατείας περικεχυμένης. Paul. ad Galat. 4, (15.) Τίς οὖν ἦν ὁ μ. ὑμῶν; Quæ igitur erat beatitatis vestræ prædicatio? Apud Aristot. 1 Rhet. μ. et εὐδαιμονισμὸς, Laudationis præcipue species sunt, cum sc. aliquem beatum et fortunatum prædicamus, ubi περὶ ἐπαίνου καὶ ἐγκωμίου agit. [" Thom. M. 562. ad Mœr. 169. Bibl. Crit. 3, 1. p. 54. Ammon. 65." Schæf. Mss.] Μακαριστὸς, Qui beatus habetur et prædicatur, Quem beatum omnes judicant, Herod. μακαριστὸς πρὸς πάντων, Xen. Ἀπ. (2, 1, 33.) Τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι, Aristoph. Σφ. (550.) Τί γὰρ εὔδαιμόν γ' ἢ καὶ μακαριστὸν μᾶλλον νῦν ἐστὶ δικαστοῦ; Fortunatum aut Beatum magis, Athen. 12. Ἐσπουδαζον δὲ δοκεῖν εὐδαίμονες εἶναι καὶ μ. Et τὸ μ., Beatitas, Beatitudo. [" Bibl. Crit. 3, 1. p. 55. Valck. Callim. p. 3. ad Charit. 348. Schneid. Anab. 71. M. ὑπὸ —, Plato Phædro 282." Schæf. Mss. * Μακαριστῶς, Joseph. A. J. 2, 6, 1.] Ἀξιομακάριστος, ὁ, ἡ,

Dignus quem beatum omnes prædicent: unde ἀξιομακαριστότατος, [Xen.] Apol. Socr. (34.) Dignus quem summe beatum omnes judicent, Summe beatus. [* "Μυριομακάριστος, Nilus Epist. 256. Ind. Hasii ad Timarion. 247." Boiss. Mss. * Παμμακάριστος, Hes. v. Πανόλβιος. * Ἀπομακαρίζω, Gl. Ebeo.] Ἐκμακαρίζω, Prorsus beatum prædico. [* Καταμακαρίζω, Eumath. 357. * Συμμακαρίζω, Athan. 2, 423.]

Μάκαρς, αρος, ὁ, ἡ, Beatus, i. q. μακάριος, ex eoque per sync. factum, ut ἅλς ex ἅλιος, Eust. derivans INDE Μακάρτατος, Beatissimus, Summe beatus, μακαριώτατος: nisi forte per sync. factum sit e μακαριώτατος, ut Idem addit. || Μακάρτατος est etiam Nomen proprium. ET Μακάρτερος, Beatior, Nonn. [" Markl. Suppl. p. 227. Hephæst. p. 2. Toup. Append. in Theocr. p. 33. Casaub. Athen. 1, 34." Schæf. Mss. Bast. ad Greg. Cor. 75. Alcman Fr. 6.] "Μαρκὰς, " Hesychio μακάριος, εὔμοιρος: qui potius μάκαρς." Ex Epigr. vero affertur ETIAM Μακαρτὸς, itidem pro Beatus et opulentus, [Leon. Tar. 69.]

Μάκαιρα, Beata, Fortunata, Aristoph. (N. 598.) Ἥ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις Οἶκον: ["Ορν. 1759. " Wakef. Alc. 1024. Jacobs. Anth. 9, 221." Schæf. Mss.] Μάκαιρος, Beatus, ex Etym.

